



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Iudicium De Articulis Confessionis Fidei Anno M. D. XXX.
Caesar. M. Augustæ exhibitis, quatenus scilicet à
Catholicis admittendi sint aut reiiciendi**

Hoffmeister, Johann


Coloniæ, 1559

VD16 ZV 17723

urn:nbn:de:hbz:466:1-34289









Th. 6003.

F III
6


Huic libro insunt
Imagines mortis
L. parvus

Anton Sylvius, ein geistlicher
Büchler zu Aachen, capitel
die blätter von Hans Holbein,
welche unter dem Namen des
Tuderkrieges benannt sind,
zu dem in diesem Bande
beschiedenen Werke Imagin
mortis für den berühmten
Birkmann zu Cöln. In
dem Crapleye vom Jahre 1555
die zweite, die für Benigolden
1557 hat Heller Geistes das
Guldfarbidruck nicht gekannt,
die dritte 1566. Eine 4te folgte
Fianillo, von, deren etwas spätere
Lief posthume. Wend.

Das Manuscriptum des
Sylvius steht von ninmal
auf diesen drei und fünfzig
Blättern, A, und auf
mit dem Worte Ecc appro-
pinquat.

F III

6



IVDICIVM
DE ARTI-
CVLIS CONFESSIONIS

FIDEI ANNO M. D. XXX. CAESAR.
M. Augustæ exhibitis, quatenus
scilicet à Catholicis admit-
tendi sint aut reii-

Summum Andreæ Stockij. No. 2
ciendi,

AVTHORE R. P. D. IO-

anne Hoffmeistero Augusti-
niano Colmariensi,

INVNC PRIMVM IN LV-
cem editum.

libra et suis venditur
CVM GRATIA ET PRIVI-
legio Cas. Ma. ad octennium.

Collegii S. Martini in Paderborna
COLONIAE
Apud hæredes Arnoldi Birck-
manni. Anno 1559.

CATALO. ARTICV. CONFESSIO.

De

Sanctiss. Trinitate.

Originali peccato.

Incarnatione uerbi, & reliqs Symboli Aposto.
Articulis.

Iustificatione impij.

Sacramentis & uerbo externo.

Bonis Christianorū operibus, & horū meritk.

Ecclesia Catholica & huius certiss. notis.

Vsu & fructu Sacramētorū in genere.

Baptismo.

Eucharistia.

Confessione Sacramentali.

Pœnitentia & Satisfactione.

Sacramē. iterū, & illorū numero & efficatia.

Ordine Ecclesiastico.

Traditionibus humanis.

Magistratu.

Aduentu Christi ad iudicium.

Delibero Christianorum arbitrio.

Confessione peccati.

Bonis operibus iterum.

Cultu Diuorū, reliqs, intercessiōe, Imaginib⁹.

Vtraq; specie Eucharistie.

Coniugio uel Celibatu Sacerdotum.

Sacrificio Missæ.

Votis Monasticis, Delectu ciborū, &c.

Potestate Ecclesiastica.

AEQVOLECTORI

SALVTEM.



Iraris forsitan lector amice, ecquid sibi velit nouum opus auctoris iam pridem vita functi. Sed non est sanè, quod mireris. Etsi tardi⁹ prodire videtur, ea tamè tarditas multiplici vtilitate facilè compensabitur. Scripsit vir eximia cum pietate tum eruditiõe F. Ioãnes Hoff. professione Augustinianus aduersum Confessionem Augustanam, quæ Philip. Melanchthone authore cõscripta est. Libellus ille diu latuit temporum iniquitate: at nũc prodit in lucem. Tuum est illo rectè vti. Videbis hic, quid sibi vendicēt homines suo ingenio præfidentes, & qui non dubitent suo iudicio totius Ecclesiæ sententiam

A 2 posthabe-

AD LECTO.

posthabere. Effingere illi possunt
noua dogmata, sed nō nisi mēdaci
is tueri: sicq; fit, vt quæ hodie affir-
māt, cras negēt: nec vnq̄ sibi con-
stent etiam in rebus grauisimis af-
ferendis, adeò vt ipse quoque Me-
lanchthon scripta sua identidem
mutauerit, pulchrè nimirum indi-
cans, q̄ tutū sit tam infirmo remi-
gio suæ salutis spem cōmittere. Nā
quocunq; ventorum impetus fer-
ri videtur, eò isti se accommodāt.
Porrò Christi spiritus semper sui
similis est. Vtinam quandoq; pates-
cant miserorum oculi, qui se in va-
rias patiuntur abduci opiniones,
in quibus tamen nihil solidum, ni-
hil constans, nihil non lubricū re-
peritur. Hoc enim necesse est tum
euenire, cū aduersus veritatē pug-
natur. Quicquid enim contra veri-
tatem comminisci quouis modo
conatus eris, hoc vanum sit oportet:

tet:

PRAEFA.

ter: itaque & varium, & inconstās,
& nunquam sui simile. Quam
miserum verò est à veritate abduci
in errores, nec id sentire tamen, sed
mendacium pro vero amplecti, re-
tinere mordic⁹, pertinaciter tueri?
quàmquã dubitari vix potest multa
ab istis nouis theologis absurda &
vana proferri, quã ipsi quoque nō nes-
ciant esse eiusmodi. Quòd aut̃ illa
nihilo minùs affirmant & propug-
nant acriter, non omnibus eadem
fortassis ratio est, sed tamen potis-
simum gloriolæ cuiusdã studio &
laudis appetitione eò impelli vidē-
tur. Tum plerisque etiã pudet for-
tassis mendacij coargui, idque adeò,
vt errores suos alioque crassissimos
malint defendere, quàm se erãsse
cōfiteri, & canere palinodiã, quod
tamen iam sanctissimos & erudi-
tissimos Patres fecisse videm⁹. Ita-
que nullus est contentionum finis,

AD LECTO.

neque modus: quando quidem nō
hoc agitur, vt pateſcat veritas, ſed
vt ipſi viciffe videantur. Ea autē vi-
ctoria nō aliunde conſtare poteſt,
quàm ex plurimorum euerſione, et
præſentiſſimis animarū periculis,
quas iſti dū in errores pertrahunt,
non aliò quàm in tartara mittunt:
quod etiā ipſos nō latet, ſed vt ſuæ
obſequatur cōtradicēdi & vicēdi
libidini, nullius penſi habēt imma-
niſſimam animarum iacturā, quas
Chriſtus I E S V S ſuo ſanguine re-
demit. Quo quid poteſt eſſe crude-
lius? Et tamē Euangelicos ſe & dici
& haberi volunt. Sed cōmodè ce-
cidit adhuc, vt nec ipſi inter ſe con-
ſentiant. Vn^o Lutherus quot nobis
ſectarios peperit? Inter hos verò
quanta ſit concertatio, quanta diſ-
ſenſio, quàm infeſtæ inimicitæ o-
mnibus in pſpectu eſt. Singuli ſibi
Euangelij ſplendidum titulum v-
ſurpant

PRAEFA.

surpant, atq; alij alios hēreseos cō-
 dēnant, immò, & persecuūtur atro-
 citer. Quid igitur: cui nā ex tāta fa-
 ctionum frequentia nos adiunge-
 mus? Quocunq; te vertas, mox alijs
 omnib⁹ odio & execrationi eris.
 Accidit iam planè, olim qdē florē-
 tissimæ, at nunc penè infelicissimæ
 Germaniæ, nec illi tamē soli (latè
 enim serpit virus exitiale nefando-
 rum dogmatū) quod Ariana sæui-
 ente perfidia accidisse Ecclesiæ scri-
 bit Nicephor⁹ Ecclesiasticæ histo-
 riæ lib. 9. cap. 46. Res, inq̄t, nouæ tū
 laudabātur, paulatimq; incremēta
 sua capiebāt, atq; ad mutationem
 in solitā spectabāt: eoq; demū præ-
 fractę temeritatis puenerunt, vt ho-
 mines veteres & patrias leges cōtē-
 nerent, & nouas sibi pro se q̄sq; cō-
 deret. Atq; eq̄dem eadē de Deo ple-
 riq; cum turbulētis illis sentire no-
 lebant, sed noua identidē dogma-

AD LECTO.

ta quædã cõminiscebantur, neq; se
ab alijs sup alias nouis reb⁹ inueni-
ẽdis cõtinerere poterãt. Id quod nos
iam in dies nimis malè experimur,
nec tamẽ aduertimus quo illi spiri-
tu agantur. Auf⁹ est Luthe. ipse scri-
bere libro de formula Missæ, q̃ hor-
ror sit vel cogitare leuiter: Si quo
casu, inq̃t, Cõcilium statueret, mi-
nimè oĩm nos vellem⁹ vtraq; Sacra-
menti specie potiri: immò tũc pri-
mũ in despectũ cõcilij vellem⁹ aut
vna, aut neutra, & nequaquã vtraque
potiri, & planè eos anathema habe-
re, q̃cunq; authoritate talis cõcilij
potirentur vtraq;. En quẽ isti ducẽ
sequuntur, q̃ se ab Eccle. Catho. p̃-
cidere nõ dubitarũt. Quis hic non
aduertat, quo ille spiritu plenus fu-
erit? nec ipse negat, quin & gloria-
tur se plurimũ salis cũ satana come-
disse: fateturq; cũ de scripturis cũ sa-
tana cõtẽderet, sic se ab illo supatũ
esse,

PRÆFA.

esse, vt argumētōrū illius vi cōpul-
sus, & sacerdotiū & sacrificiū vllū
esse negaret. Alibi quoq; de cōfes-
sione scribēs, in hęc verba prūpit,
qb' haud scio, an ab ipso malo de-
mone qcquā potuerit pferri scele-
ratus: Fidele, ait, cōsiliū meū est, vt
hō Christian' tēpore Quadragesi-
et Paschatis nō cōfiteatur, nec ad Sa-
cramētū accedat: & cogitet ita: Ec-
ce quādo hoc pcepit hō, Papa s. ob-
id ipsum nō faciā: & si nō pcepisset,
vellē facerē. Faciā autē alio tēpore,
quo non pcepit, quō & qñ mea li-
bera voluntas me tetigerit. Et iterū
alio loco, nempe in sua captiuita-
te Babylonica: Vidēs quæ esset Ec-
clesia, quæ determinasset in altari
non esse verū panē, verūq; vinū, sed
sola accidentia, nēpe Thomistica,
hoc est, aristotelica, audacior fact'
sū, & stabiliui tādē cōscientiā meā
sententia priore, esse videlicet verū

A 5 panem

AD LECTO.

panē, verūq; vinū, &c. Quid his potest dici insolētius atq; impudētī? Et tamē ille est, quem oēs, q se Euāgelicos dici malūt q̄ Christianos, sibi sequēdū potiūs q̄ catholicam Christi Ecclesiā statuerūt. Eāt igitur cum illo suo præclaro duce, nobis lōgè aliter psuasū est. Ea enī animi impotētia Ecclesię p̄cepta & traditiones cōtēnere, cōtēnēdasq; docere, nec aliā adferre causam, cur q̄ decreta sunt cōtēnas velisq; haberi cōtēptui, q̄ q̄ sic visum fuerit Ecclesiæ, cuius & institutor & moderator est Spiritus sanct⁹, hoc planè est peccare in Spiritū S. hoc est omni posito pudore abiectaq; humanitate in ferā beluā & tetrū dæmonē mutēs n̄orrò Melanchthō quoq;, q Cōf. August. scripsit, ut est à sectario quodā annotatū, viro alioqui docto, in iustificationis negotio quaterdecies variauit. Ea
quo-

PR A E F A.

quoq; sacrosancta Christi verba, q
 bus sacramētū Eucharistiæ cōfici-
 tur, ipse Lutherus scribit octo di-
 uersas habere interpretatiōes, eas-
 que inter se pugnātes, quarū prima
 fuerit Carolstadij, secunda Zuin-
 glij, tertia Oecolāpa. quarta Quēck-
 feldij, quē p cōtumeliam Stenck-
 feldiū vocat, ac post alios nonnul-
 los cāpani septima: ceterarū em̄ au-
 thores nominatim nō exprimit. O
 miserū & calamitosū semp̄ morta-
 liū genus, quod in alia ^{ocati su} in-
 tentū & p̄spicax, cū sit in illis solis
 rebus, quæ & grauissimæ sint & cū
 primis necessariæ, quavis talpa ma-
 gis cæcutire videtur: Quis vnq̄ cre-
 didisset ante hos triginta vel qua-
 draginta annos eī ignūolūtum iri
 Christianę Reip. statū, vt eius fari-
 næ hominibus potiùs q̄ toti Eccle-
 się, crederetur? Quis nō totus cōtre-
 miscat, cūm hāc in deteriora muta-
 tio-

AD LECTO.

tionē paulò accurati⁹ secū ppēdit?
 Potēstne quā accidere calamito-
 sius & exitialius, q̄ tot seculorū cō-
 stātifisima & cōsonātifisima in no-
 stræ religionis negotijs cōsensioē
 & cōspiratiōē neglecta & postha-
 bita, q̄ mōstrosis leuissimorū ho-
 minu opinionib⁹ haud secūs q̄ ipsi
 Dei verbo accedere, fidēq; indubi-
 tatam cōmodare? O tēpora, O mo-
 res. Sed nō est tñ hoc omninò no-
 uū & insolēs. Ita etiā seculis supiori-
 b⁹ cōteptisse nouim⁹. Nūtimur in ve-
 titū temp, cupimusq; negata. Ferre
 nō poterāt arrogātes quā sedis A-
 postolicæ & Romanæ Ecclesię au-
 thoritatē, q̄ hæreticis oībus nō im-
 meritò semp formidolosa fuit: &
 ne temerè q̄ eas moliri viderē-
 tur, multa in suis illis p̄nitiosissi-
 mis machinationibus nō omninò
 cōtēnenda, immò q̄ & laudē mere-
 rētur, in initio p̄texere cœperūt, pu-
 tā,

PRÆFA.

tà, quæ Ecclesiæ abusus cuperent sub-
latos è medio. Sed latuit anguis in
herba. Vt enim ipse Lutherus fate-
tur, sunt nunc homines magis vin-
dictæ cupidi, magis auari, magis
ab omni misericordia remoti, ma-
gis immodesti & indisciplinati,
multoq; deteriores quàm fuerint in pa-
patu. Alio verò loco suos increpās,
decies eos dicit Sodomitis esse pe-
iores. Nō ergo illi abusus volebant
tollere: quod etiā si voluissēt, nō tñ
id sibi muneris illi nō vocati sua te-
meritate vēdicare debuerant, sed
abusus potius in Ecclesiam intro-
ducere, & sursum deorsum miscere
oīa, quod solet esse hæreticis perquæ
familiare. Si quid enī in Ecclesia in-
erat castigatione dāta, nū ppte-
rea illi cūcta Ecclesiæ instituta cō-
uellere, ordines oēs cōfundere, de-
niq; nihil non in Ecclesiæ euerfio-
nem moliri debuere? Esto fuerint
certè

AD LECTO.

certè, id q̄ neq; nos negam⁹, abusus
 qdã, nũ ea caufa tãti erant mot⁹ ex-
 citãdi? An ignorabãt viri sapiẽtes,
 vt ipsi videri solũt, Ecclesiã nuq̄ ea
 fuisse puritate, vt nõ aliquas habu-
 erit labeſ? plures ſemp eſſe paleas q̄
 grana in Euã. ſecundũ Matthæ. Do-
 minus parabolã p̄poſuit de homi-
 ne, q̄ bonũ ſeminãſſet ſemẽ in agro
 ſuo, cui tamen poſteã inimici ſtu-
 dio malũ ſemẽ eſſet ſup ſeminatũ.
 Et cum famuli naſcẽtia zizania vel-
 lent extirpare, p̄hibiti ſunt à Dño,
 ne fortè dũ zizania euellerent, vnã
 triticum eradicarẽt. Sẽp in Eccle-
 ſia plures mali fuẽre q̄ boni, q̄ mul-
 ti ſunt vocati, pauci verò electi: nõ
 q̄ p̄ſonarũ acceptor ſit Deus, q̄ vult
 oẽs hominẽs in uos fieri, ſed q̄ ſua
 im̄p̄bitate efficiant homines, vt in
 electis non poſſint numerari. Non
 eſt igitur quòd q̄ſq̄ moueatur hæ-
 reticorum p̄ſtigijs. Eccleſiam illi
 verbis

PRÆFA.

verbis quodē repurgare se velle testa-
ti sunt, re autē ipsa fundit⁹ euertere
conati sunt. Traditiones vt illi cō-
tēptim vocant, hu⁹ ⁹nas, ita repur-
garunt, vt in harū locū planè bar-
baras, vt ipse Melächthon ait, sub-
stituerint. Absit enim vt p⁹ p⁹æreti-
cos putet q⁹ Ecclesiā posse refor-
mari. vtinā illi trabē hæreseos in su-
is viderēt oculis, eāq; extrahere pri-
us niterētur, q̄ ad Ecclesię festucas
tollendas accederēt. Misérada quē
amētia, cum pprias ædes flāma vo-
rax deuaftet, ijs neglectis, alienæ
domus leuiorib⁹ periculis velle suc-
currere. Quàm bene actū esset cum
Germania, si nunquàm ea hominū
fæx extitisset. Verūm necesse est, vt
veniāt scandala. A⁹ ⁹ væ homi-
ni, p⁹ quē scandalū venit. Age iam
Catholice lector accede ad Hoff-
meisteri nostri opusculū, quo ille
Lutheranorū cōfessionē cōfutat,
lecti-

AD LECTO.

lectitādum: offendes in eo passim,
quæ te in Catholica religione con-
firmēt. Crede mihi, tāta est nouo-
rum dogmatū q̄ nobis hæc ætas
magna q̄dē, sed nunq̄ satis plorāda
fertilitate produxit, absurditas &
impie. Ps, vt nihil tam videatur esse
admiratione dignum, q̄ vel vnū ali-
quē, q̄ ea amplecteretur, extare po-
tuisse. Sed dabit Deus his quoque
finem. Ecclesia oppugnari potest,
expugnari nō potest: adeò vt ipsæ
inferorum portæ aduersus eā sint
nūq̄ p̄ualituræ. Faxit De⁹, vt in ea,
donec spiritus hos reget artus, in-
uicta animi cōstantia p̄seueremus,
spretis hæreticorū somnijs, quib⁹
nō alijs, q̄ illis Prophetæ verbis res-
pondēdū est. Narrauerūt mihi ini-
qui fabulationes, sed non vt
lex tua. Vale lector
humanissime.

EXCVSSIO PRÆ- FATIONIS PHILIP-

PI MEL. CONFES-
sioni August.
præfixæ.



Quoniam Philippus Me-
lanchthon huius confes-
sionis, quam excutere
& probare iam aggre-
dimur, Architectus, nusquã nõ stu-
det simplicioribus persuadere, Ca-
tholicos quidquid contra ipsorum
dogmata instituunt, non ex pio quo-
dã zelo, sed ex odio veritatis insti-
tuere, nõ putauimus vel illius præfas-
tionẽ quam libello Confessionis præ-
fixit, intactam nobis prætereundã
esse. Quis enim non videat quantas
Philippus ostētet glorias, quàm spe-
ciosos Triumphos? utinam confessio

B

& huc

EXCVS. PRAEF.

& huius Apologia tantum haberet
 pietatis, quantum habent eruditionis
 & eloquentiae: quamuis & hanc
 ipsam habeat verbosior & loqua-
 cior, quam patientissimus etiam
 lector patienter legere queat. Sed quid
 D. Augustinus? Valde sunt noxia,
 inquit, prava diserta, quia homini-
 bus minus eruditis, eo quod diserta
 sint, videantur & vera esse, &c. Te-
 statur porro Philippus, aut vanè po-
 tiùs gloriatur se suosque nullum dogma
 contra auctoritatē scripturae sanctae,
 & Catholicae Ecclesiae professos, sed
 iure optimo abusus quosdam sustulis-
 se. Sed de dogmatis in ipsa collatione
 videamus. abusus nostros sic repre-
 benderunt & emendarunt, ut longè
 plures minusque tollerabiles ad ipsos
 dimanasse, aut potius apud ipsos suc-
 creuisse, illi ipsi reformatores & fa-
 teantur

Ad Petrum
 presbiterum
 lib. 2, ca. 1, §

PHILIP. MEL.

teantur, & nusquam non deplorēt.
Adfert autē Philip. hic nonnullum
suae restauratæ Ecclesiæ specimen.
De Iusticia, inquit, fidei omnia Tē-
pla, Monasteria, Scholæ, denique
libri omnes Theologorum recen-
tium antea muti erant, &c. Si recen-
tiores Theologos vocat eos quos no-
bis Scholæ Luth. obtrudunt, nihil
verius dici potest. Isti enim sic tradi-
derunt Iustitiam fidei, ut neque iu-
stitiæ, neque fidei, neque operum
vllam certam rationem adtulerint.
Et tu ipse in Cōfessione & eius Apo-
logia, multa ex Catholicis recētiori-
bus insar sisti, quoniam ex istis didi-
cisti: quæ tamen alijs vestiviisti plu-
mis, tum quod veritatē Ecclesiæ in-
vides, tū etiā, quod te pudet eorū per
quos pfeceris. Sed hæc progressū ap-
tiora faciet. Sic pænitiæ doctrina d

B 2 vobis

EXCVS. PRAEF.

vobis restituta est, ut merito uos iam
 huius penitere debebat: Immo iam
 olim penituit, quod uestrae testan-
 tur querelae, quibus deploratis quod
 maior fuerit disciplina in Papatu
 (sic Ecclesiam Catholicam vocant)
 quam in conuenticulis uestris. Sa-
 tisfactiones uestrae a vobis deprædi-
 catae, vulgi oculos forsitan occluserunt
 quid verò & quantum in conscientijs
 hominum profecerint, res ipsa cla-
 mat. Sic sacramentorum virtutem &
 numerum repurgastis, ut inauspica-
 tissimas Sacramentarium hereses
 & nos & vos vix sustineamus. Et
 hæc tunc inter vos Lutherani & Sa-
 cramentarij digladiamini, ut nõ im-
 merito dicamus, quod alibi Hilaris-
 us. Hæretici, inquit, contra Eccle-
 siam veniunt, sed dum hæretici om-
 nes se inuicem vincunt, nihil tamē
 sibi

Lib. 7. de
 Trinit.

sibi vincunt. *Victoria enim eorum, Ecclesie triūphus ex omnibus est, dum in eo hæresis cōtra alteram pugnat, quod in hæresi altera fides Ecclesie dānat. Nihil enim est, quod hæreticis cōmune est. Hæc ille. Hoc autem quàm verum sit in negotio sacramentorum, à multis demonstratum est iam olim, & in sequentibus etiā nos nō nihil eius generis adijcimus. Sic Traditiones humanæ à vobis repurgatæ sunt, vt in harum locum nō meliores, sed impias, & (sicut tu ipse alibi conquestus es) merè barbaras substitueritis. Ecclesiasticam itē politiam non dissoluiſtis (si vobis credimus) sed omnia in eū statum redacta sunt, vt antea nunquàm quisquam licentius vixerit sicut nunc Evangelicis. viuūt. Te statur, immò cōqueritur hoc Impe-*

EXCVS. PRAEF.

rator, testatur huius frater Rex ve-
 re Catholicus, testantur Principes
 Orthodoxi omnes, deplorat tandem
 hoc ipsum totus mundus: & vos ipsi,
 velitis, nolitis, diffiteri non potestis.
 In hoc solo triumphatis. scilicet quod in de-
 prehendis peccatis nostris Lyn-
 ceos habetis oculos, ad vestra vel vi-
 denda vel corrigenda talpis ceciores
 & piscibus magis muti estis. Sed
 quid iuvat sic gloriari de nostris
 peccatis, sic insultare nostris infir-
 mitatibus, sic nostra quae non potestis
 curare, vulnera exasperare? Dicim⁹
 vobis nomine Ecclesiae et filiorum eius,
 quod olim Divus Augustinus Ma-
 nichaeis dicebat, Nunc vos illud
 moneo, inquit, ut aliquando Eccle-
 siae Catholicae maledicere desina-
 tis, vituperando mores hominum,
 quos & ipsa condemnat, & quos
 quotidi-

de morib⁹
 Manicheo
 lib. 1. c. 34.

PHILIP. MEL.

quotidie tanquam malos filios corrigere studet. Quod ad Abusus attinet, eundem Augustinum audi. Abusus si qui sunt, nō asperè quātum ego ex istimo, non duriter, non modo imperioso tolluntur: magis docēdo quān iubendo, magis monendo, quān mutando &c. Sub finem præfationis rogat Philipp. ne boni viri de ipsius ex Aduersariorū (sic nos vocat) scriptis iudicare velint, sed prius audire totam ipsorum causam &c. Quid ad hæc dicemus? Iniqui certè sunt iudices, & bonorum virorum appellatione indigni, si qui sunt qui innocentes non audita tota causa condemnare porrexerint.

Aurelio
Epist. 64.

Atqui si Diuo Augustino credimus, Hæreticorum veterum & nouorum vox est, ipsa consuetu-

Con 2.
eaidem.
Epistolam
li. 5, cap. 1.

B 4 dine

EXCVS. PR. AEF.

dine iã sordidata atq; protrita, se scilicet sustinere inuidiam p̄ veritate. Deum prouocant ad Conciliũ. Respondemus rursus Augustini verbis. Aut verò congregatione Synodi opus erat, inquit, vt aperta pernitie damnaretur, quasi nulla hæresis aliquando, nisi Synodi congregatione damnata sit: Verùm istorum superbia, hanc gloriam capere intelligitur, vt propter illos Orientis & Occidentis Synodus congregetur, &c. Sic ille cõtra pelagianam hæresim. Ad cõciliũ, inquam prouocant, quod tamen nunquam patientur, ludicem nisi compertissimum habuerint. Ius definiendi ad suos cessurum esse, hoc quod Deo suam Ecclesiam protegẽte, nunquam fiet. Sed quid opus est multis cõcilijs? Dogmata de quibus controuertitur, immò quæ illi impuden-

Con. duas
Epistolas
pelag. lib.
¶ C. 20

dentissime impugnant, iam olim vē-
 tilata & excussa sunt. Si ergo stare
 volunt conciliorum decretis, vetu-
 stiora audiant: nec sic audiant, ut e-
 tiam illa pro sua animi nō bene cōce-
 pta libidine vel eleuare vel porrò dā-
 nare aīn inducant: Sic enim facere
 solēt, si quando, quod ferè semper fit
 Cōcilia illis cōtradicūt. Meminerint
 itē eius, quod ille dicebat in historia
 Ecclesiastica. Disputatio nō solum
Schisma nō vicit, sed etiā hareses ad
maiores cōtētiones adducit. Vocabā-
 tur olim Arriani ad cōciliū, atq; hii
 venire nolebāt nisi prius expulsis A-
 thanasiacis et Paulimanis. Sic vere-
 or & aduersarios nostros in nullū
 cōsensuros Conciliū, nisi in quo Pōti-
 ficij, hoc est, Catholici nō habeāt ho-
 nestū et se dignū locū. Sed hæc hæc-
 nus. Ceterū hoc loco rogatos velim

disputatio
 cum ha-
 resibus
 et schismate

EXCVS. PRAEF.

Principes viros qui Confessione huic nomen dederunt, ne libertati meae in Patrocinio veritatis succēseant, sciātq; hic nihil dici in se, sed omnia in illos qui nobis has turbas dederūt in S. Ecclesia: Nam & ipsi, ni fallor, non aliter credunt, atq; à suis Ecclesiasticis edocti fuerunt. Et si meminerint Cæsarem, Regem, Principes & Status adhuc à nobis stare, hosque (sicut ipsis sui persuasisse vidētur) à nobis seductos: nō succenseāt mihi si dixero & ipsos à suis seductos esse. Nihilo enim facilius seduci potest Imperator, quā alius quispiā ex principibus viris. Det Dominus vt omnes in viam verè redeant, det vt Ecclesia in illo bene cōueniat, det omnis vt tollatur dissēsiō, & videamus pacem super Israel omnibus diebus vitæ nostræ, Amen.

ARTICV.

Articuli Fidei præcipui. 1.

Ecclesiæ magno cōsensu apud ^{Confess}
nos docent, Decretum Nice-
næ Sinodi, de vnitae essentiæ diui-
næ, & de tribus personis verum &
sine vlla dubitatione credēdū esse.
Videlicet, quod sit vna essentia di-
uina, quæ & appellatur & est Deus,
æternus, incorporeus, impartibilis,
immensa potentia, sapientia, boni-
tate, creator & conseruator omniū
rerum, visibilium, & inuisibilium,
& tamē tres sint personæ, eiusdem
essentiæ, & potentiæ, & coæternæ,
Pater, filius, & spiritus sanctus. Et
nomine personæ vtantur ea signifi-
catione, qua vsi sunt in hac causa
Scriptores Ecclesiastici, vt signifi-
cet non partem aut qualitatem in
alio, sed quod propriè subsistit.

Damnant omnes hæreses, con-
tra hunc articulum exortas, vt Ma-
nichæos, q̄ duo principia ponebāt,

Bonū

ARTICVLVS I.

Bonum & Malum, item Valētinianos, Arrianos, Eunomianos, Mahometistas & omnes horum similes. Damnant & Samosatēnos, veteres & Neotericos, qui cum tātūm vnā personam esse contendant, de verbo & de spiritu sancto astutē & impiē rhetoricantur, quod non sint personæ distinctæ, sed quod verbū significet verbum vocale, & Spiritus motum in rebus creatum.

P. Ioan. Hoff.



Non deerunt fortasse qui clamabunt nos statim ab initio huius collationis, vel prudentiæ vel etiam modestiæ parū memores esse, quod aggredimur hunc primū Confessionis Articulum excutere: quum tamen quod ad hūc attinet, nulla inter nos & aduersarios sit controuersia. Verūm eos quorum calculi sic solent iudicium anteuertere, rogatos volumus, vt prius omnia patienter legant, examinent: deinde, vt viros bonos & æquos

ARTICVLVS. I.

æquos iudices decet, iudicare pergant. Is enim mihi ordo seruabitur in transcur-
su huius operis, vt quæ nobis ex illorū do-
gmatis probanda sunt, probem: & quæ vel
planè impia, vel etiam nonnullam impieta-
tis speciem habere videntur, primùm dili-
genter examinē, dein iudiciū sup his me-
um adijciam. Neque hoc silentio præterire
conabor, si quando, hypocrisis quadam, bo-
na ostentant, vt hac callida simulatione in-
cautum fallere possint Lectorem. Sicut es-
nim quis aquæ mixtum gipsum dans pro
lacte, seducit per similitudinem coloris: ita
& Hæretici (sicut Irenæus p̄monuit) im-
ponūt fidelibus similibus verborum, cum
existimantur similia catholicis dicere. Sed
tanto magis cauendi sunt & pertimescen-
di, quanto occultius sub diuinæ legis vm-
braculo latitant. Quod si de S. Trinitate,
de incarnatione Verbi, de Magistratu & e-
ius generis reliquis nulla est controuersia,
non erat necessarium hæc in medium pro-
ferre. At, inquit, hoc ideo factum, vt res
omnis suo quodam ordine proponeretur.
Sic quidem illi. Verùm enim uerò nobis
alia subolet causa, nimirum, vt his in aci-
em positis, Catholicorum sibi nomen as-
pud

ARTICVLVS. I.

pu^d omnes, maximè autem simpliciores
vendicare possint. Et hec certè talibus,
nec paucis persuasum est. Hinc illæ vo-
ces, Cur reijcimus eos qui nobiscum in
præcipuis fidei articulis sentiunt, qui
Christi & diuinitatem & humanitatem
nobiscum fatentur, prædicant, confir-
mant? Qui omnibus Symboli Apostoli-
ci articulis subscribunt? Qui veteribus
Synodis non contradicunt? Hæc inquam,
& similia iam à simplicioribus audimus,
& quàm addicti sint Lutheranis illis con-
cionatoribus, non iniurià deploramus.
Videmus item, hoc quod etiam aduersa-
rij non eunt inficias, quod vulgus ad istos
turbatores abit, non vt Christi iugum sus-
cipiat, sed solum vt iugum nostrum (hoc e-
nim nomine dignantur disciplinam Ecce-
siasticam) excutiant. Cæterùm non statim
Catholicus est, qui in vno atq; altero Chri-
stianæ fidei articulo Catholicis consen-
tit: & solenne est apud Hæreticos, vt dog-
maris suis Catholicorum aliquot articu-
los præfigant, quò scilicet cætera facilius
persuadeant. Nec vnquam quisquam
fuit Hæreticus, qui hoc nominis sibi tribuere
patienter sustinuerit. Qui huius rei exem-
plum

ARTICVLVS. I.

plumperit, vel vnum inspiciat Augustinū, cōtra Iulianū
 & innumera reperiet. Hinc est quod vi- Pelag. lib^o
6. cap. 4^o
 gilantissimus iste Ecclesiæ suæ Pastor, ad
 Iulianum Pelagianum scribit. Enumeras
quæ fides verè non dubitet Christiana, in
 quibus ea commemoras, quæ penè om-
 nia prædicamus & nos, de quibus nul-
 lo modo dubitandum censemus &c. Et
 Pelagiani, eò quòd Manichæis non adsti-
 pulabantur, in Catholicorum numero po-
 ni, inque Ecclesiæ Christi corpore cen-
 seri cupiebant. Sed quid ad hæc idem Au-
 gustinus? Neque quia Manichæorum mor-
 bo non laborant Pelagiani, propterea fi-
 dei sanæ sunt, Non vnum pestilentiaë
 genus est, quemadmodum in corporibus, Con. duas
Epistolas
pelag. lib^o
2. cap. 1^o
 ita & in mentibus &c. Hæc quidem ille,
 quæ tamen Pelagiani contemnentes, calū-
 niabatur nō minùs Catholicos orthodo-
 xæ fidei professores, quàm Manichæos no-
 centissimæ heresis authores, vtrosq; hære-
 seos insimulando. August. verò, & Pelagia-
 nos & Manich. diris deuoués, ait, Absit vt ibidē lib^o
2. cap. 2^o
 catholica mater ppter alterorū odiū, alte-
 ros eligat amare, cū monēte atq; adiuuāte
 deo, debeat vtrosq; vitare, & cupiat vtros-
 q; sanare. Hæc mihi eò dicta sūt, vt intelligas
 pius

ARTICVLVS. I.

pius lector, nō statim eos esse Catholicos,
 qui in certis Catholicis dogmatis Ecclesiæ
 fidem sequuntur. Neque enim negat furēs
 hæresis, quemadmodum Hilarius scribit,
 Sacramentum verę fidei, ad impietatis suę
 doctrinam religionis vsa principijs. Et rur-
 sum dicit, Ingerunt nobis primū nomina
 veritatis, vt virus falsitans introeat. Bo-
 num in ore est, vt de corde malum subeat.
 Hæreses cæteræ prætenduntur, vt de se hæ-
 resis mentiatur. Fingunt religionem, vt om-
 nium simplicium aurium securitatem
 verbis fallant. Hactenus Hilarium illum
 audiuius, cui hæreticorum technæ, doli
 & imposturæ, satis cognitæ fuerunt. Sed
 quid multis? Augustę quando hæc Lutherana-
 norum Confessio primum proferebatur,
 quid factum est? Lutherani condemna-
 bant Sacramentarios (nam hi peculiare
 offerebant suæ fidei libellos): Sacramenta-
 rij verò condemabant Anabaptistas, Lu-
 theranis, si dogmata respicias parū æ-
 quiores: Nec dum enim tum Lutheranis
 & Zuinglianis cōueniebat admodum, si-
 cut nec in hanc vsque diem. Catholici ve-
 rò neutros acceptabant per omnia, cum ta-
 men omnes & singuli primarios illos Ar-
 ticulos

Ibidem.

Lib. 6.

ARTICVLVS I.

iculos confiterentur. Quæ cum ita sint, non puto aduersarios hanc meam libertatem iniquius laturus. Nam & nos Articulos illos præcipuos negauimus nunquam: & tamen quibus coloribus illi nos depingant per totum hunc librum, tam apertum est quam impium. Igitur quod hos Articulos nobiscum credunt & fatentur, rectè faciunt, nosq; nõ habent aduersarios, neq; necesse fuerat vt præcipuas partes Symboli Apostolici recitarent, cum id nemo ab illis querat. Vnde non est quod sibi plurimũ placeant aduersarij propter hanc priorum Articulorum confessionem, sed potiùs in reliquis dogmatis Ecclesię Catholicę subscribere pergant, aliàs enim Catholici vocari non possunt, quocunq; tandem titulo se apud suos venditët. Quod si contédédi libidine veritati cedere noluerint, meliora tamen speramus: cogemur de illis dicere, quod olim D. ille meus Augustinus contra sectarios suæ ætatis, qui & ipsi nõ per omnia insaniebant, sed in multis Ecclesię fidem defendebant, in multis, inquit, Augustinus, erāt meçũ. Baptismũ habebam, vtriq; erāt meçũ. Euangelium vtriq; habebamus, erant in eo meçũ. Festa Martyrum

C cele-

ARTICVLVS II.

celebrabamus, erant ibi mecū. Pasche solē-
nitatem frequētabamus, erant ibi mecum,
non omnino mecū. In schismate nō mecū:
in heresi non mecum: In multis mecum, in
paucis non mecū &c. Sed hæc hæc ten^o mi-
hi videor non temere admonuisse, iam ad
reliqua pergamus, & sepositis male suadis
affectibus omnia candidè ventilabimus.

Articulus. II.

ITē docent, quod post lapsum A-
dæ oēs homines secundum natu-
ram propagati, nascantur cum pec-
cato, hoc est, sine metu Dei, sine fi-
ducia erga Deū, & cum concupiscē-
tia, quodque hic morb^o, seu vicium
originis verè sit peccatum, damnās
& afferens nunc quoque æternam
mortem, his qui non renascuntur
per Baptismū & spiritum Sanctum.
Dānant Pelagianos, & alios q̄ viciū
originis negāt esse peccatū, & vt ex-
tenuēt gloriā meriti, & beneficiorū
Christi, disputāt hoīm pprijs virib^o
rationis corā Deo iustificari posse.

F. Ioan.



Articulus hic secundus non
 habet unde à candidis The
 ologis (quales haud dubiò
 non paucos adhuc habet
 Ecclesia nostra Catholica)
 vel reijci vel vituperari possit, maximè si
 huius declaratio quæ in Apologia est, hu
 iusque Germanica interpretatio ad probã
 & æquam trutinam examinetur. Omnes
 siquidem huius Articuli partes velex vno
 D. Augustino videntur desumptæ, quem
 in hoc quidem negotio, si ipsi Philippo e
 tiam credimus, nemo citra ingétem teme
 ritatè vituperare potest. Certè si originale
 peccatū, est carentia siue defectus iusticię
 originalis, vt loquuntur, debitæ inesse, vel
 cum debito habèdi, & si homo secundū na
 turã natus (hunc Paulus animalé vocat) o
 mnibus virtutibus caret, quib⁹ priuatus est
 Adã, vnde peccatū intrauit in mundū (non
 imitatiois exéplo, sicut Pelagiani olim sō
 niabāt, sed ppagationis & originis vitio)
 nō ineptè loquūtur Aduersarij, hoīm nasci
 cū peccato, hoc est, sine metu Dei, sine fidu
 cia erga Deū, & cū cōcupiscétia: id quod ta
 mé Germanicè explicatiùs dixerūt. Testat̃
 etiam in Apologia se non actus solum, sed

ARTICVLVS II.

potentiam, seu dona efficiendi timorem & fiduciam erga Deum adimere propagans secundum carnalem naturā. Dicunt itē, ita secundum naturā natos, nō secundum spiritū renatos habere cōcupiscentiā, nec posse efficere verū timorē, & fiduciā erga Deum. Scholastici Originalis iusticiæ hūc ponunt effectum, facere perfectam tranquillitatem in anima, quantum ad omnes potentias, ita quod natura inferior non inclinetur contra iudicium superioris. Iā si Adā primus homo hanc potentiarum tranquillitatem perdidit: non est dubium quin hæc ipsa careant ac destituātur, quotquot ab illo propagantur. Huc non ineptè quadrat quod D. Anselmus alibi scribit. Adā & Eua, inquit, si iusticiam seruassent originalem, qui de illis nascerentur, originaliter sicut illi iusti essent, &c. Ad hæc inferre licet, Sed Adā & Eua nō seruauerunt iusticiam originis: ergo quotquot ex illis propagantur, nō iusticię sed miserię & peccati cōstituuntur heredes: hoc quod Paulus sicefert. Oēs in Adā moriuntur, &c. Nec mouebit nos, quod quidā hic in definitione Originalis peccati, quā aduersarij adferunt, videntur offendi nomine metus & fiducię: quasi

ictus originis iusticie

Anselmus

ARTICVLVS II.

quasi hæc ad actuale, quod vocant, peccatū
 potius pertineant q̄ ad vitium originis. Opi-
 noraūt nostros (quos illi confutatores vo-
 cāt) hoc loci subueritos fuisse impia. H.
 Zuinglij somnia, q̄ sicut iā olim cōquerit
 Melanchthon, nomē quidē peccati originis
 retinuit, ré aūt sustulit. Vt cunq; verò sit, cer-
 tū est ex diuinis literis, hominē nō renatū,
 siue ille paruulus siue adultus fuerit, nō ha-
 bere verū metū, nec verā fiduciā, nec posse
 verè cōcupiscētiæ resistere: Hæc enim verè
 metuere, verā fiduciā habere, cōcupiscen-
 tiā nō male sequi, renatorū ac filiorū Dei
 dona sunt, nō eorū q̄ adhuc sunt natura fi-
 lij iræ, filij vindictæ, filij pœnæ, filij Gehen-
 næ. Quomodo natura, inquit alibi. D. Au-
 gustinus, nisi q̄ peccate primo homine, vi-
 tium pro natura inoleuit? Et addit. Si vitium
 pro natura inoleuit, secundū mentē oīs ho-
 mo cæcus natus est. Si enim videt, nō opus
 habet ductore &c. Huc facit illud Euāgeli-
 cū. Quod natū est ex carne caro est. Et. Si-
 ne me nihil potestis facere. Adijciemus eti-
 am quasi ex abūdanti, testimoniū D. Am-
 brosij, aut quisq; tādē ille fuerit q̄ doctis.
 illos de vocatione Gentiū libros cōposuit. Lib. 1.
 Oēs hoīes, inqt, in primo hoīe sine vitio cō-

August.
 Tract. 44.
 in Euan.
 Ioan.

Lib. 1.
 cap. 3.

ARTICVLVS II.

fectus ori,
antis primi diti sumus, & omnes naturæ nostræ inco-
lunitatē, eiusdē hoīs p̄uaricatione perdidī
m^o. Inde tracta mortalitas, inde multiplex
corporis animiq; corruptio, inde ignoran-
tia & difficultas, curæ inutiles, illicitę cupi-
ditates, sacrilegi errores, timor van^o, amor
noxius, iniusta gaudia, pœnitenda cōsilia,
& non minor miseriarum multitudo q̄ cri-
minū &c. Haftenus ille. Igitur quod hic ad-
uersarij dicunt de metu & fiducia, non de
actuali, sed potiùs de aptitudinali effectu
intelligimus: Sicut enim se Calvinus alibi ex-
ponit. Peccatum originale est, inquit, na-
turæ nostræ prauitas ac corruptio, quę pri-
mum reos facit irę Dei, tum etiam opera in-
nobis profert, quæ scriptura vocat ope-
ra carnis &cæt. Et Paulò post. Infantes
quoq; suã secum dānationem è matris vte-
ro afferūt, qui tamen suæ iniquitatis fructū
nondū protulerint, habēt tñ in se inclusum
femen: immò tota ipsorum natura, quod-
dam est peccati semen. Ideo non odiosa &
abominabilis Deo esse non potest, &c.
Aduersarij post sui defensionem, flagellāt
Pelagianos veteres ac novos quorum ap-
pellatione Zuinglianos, opinor, notant,
vtcunque Bucerus litem hanc dirimere nis-
tatur,

Calvinus.

ARTICVLVS. II.

tatur, tum in Prefatione in Euang. suos ad
 Marpurg. tum etiam in Caput Rom. 5.
 Ibi enim fatetur Butzerus, Peccatum origi-
 nis esse naturæ morbū, labemq; à primis pa-
 rentibus contractam: & eiusmodi labē, ve-
 nisi ea per Christi sanguinē purgetur, salutē
 cōsequi possit nemo. Qui enim saluus sit,
 inquit, quē tenet morbus exitialis? Et tamē
 nō prorsus negat Butzerus, Zuinglij libris
 ante Confessionem Marpurg. editis, inesse
 quod aliquā erroris suspicionem admittat.
 Et hinc opinor Zuinglianos hoc loco per-
 stringi. Traductis ergo Pelagianis, Apolo-
 gia impetū facit in Scholasticos, quibus cū
 nō omnino feliciter uelitatur, adferēs ho-
 nescio quē, pugnātia dicere: quū tamē into-
 rim secum ex diametro pugnet Apologia.
 Hęc enim ipsa sic loquitur, Scholastici tri-
 buūt humanæ naturę integras vires ad di-
 ligendum Deum super omnia, ad facien-
 dū p̄cepta dei, quo ad substātiā actuū &c.
 Et post vnū atq; alterum versum, eadē Apo-
 logia, inquit, Ver⁹ definitio, cū inquit Pec-
 catū esse carētiā iustitię, detrahit nō solum
 notitiā Dei, aut fiduciā erga Deū, timorē &
 amorē dei: aut certē vī ista efficiēdi detra-
 hit; Nam & ipsi Theolo. in Scholis tradūt

*Definitio b.
 roni Originis
 lib. prorsus*

C 4 ista

ARTICVLVS. II.

Ista non effici, sine certis donis, & auxilio gratiæ. Haftenus Apologia: quæ an sibi cõstet, aliorum esto iudicium. Imò quid pugnantius dici poterit? Si enim virunq; rectè allegavit Apologia, necesse est diuersorum Scholasticorum opiniones retulerit. Neq; enim obscurum est, Scholasticos olim disputasse quid quantumque possit homo ex puris naturalibus: & quæ communis Scholæ sententia obtinuerit, neque incertum neque obscurum est. Gregorius ille Armenis non indoctus nec contemnendus Scholasticus, non multum tribuit homini in puris naturalibus constituto: eius enim sententia est, quod nullus homo in statu præsentis, stante etiam generali influentia Dei, possit absque speciali Dei auxilio, agere aliquem actum moraliter bonum: sed nec sufficienter cognoscere, quæ ad moralem vitam pertinet, quid scilicet volendū, quid nolendum, quid agendum, quid vitandum &c. Huic parùm repugnare videtur D. Thomas Aquinas, qui docet hominem posse per liberum arbitrium, ex suis naturalibus, cū generali diuina motione, siue gratia infusa, adimplere præcepta Dei (non quidem omnia,) quò ad
sub.

ARTICVLVS. II.

Substantiam actuum, non quantum ad intentionem præcipientis : concurrente tamen sæper auxilio Dei, vt primi mouētis. Loquitur autem de actu non meritorio. Quid? Philippus ipse in Apolog: fatetur ciuilia opera, hoc est, externa opera legis, sine Christo & spiritu sancto, aliqua ex parte fieri posse. Adde quod M. Butzerus in Romanis suis ingenuè testatur, se non videre, in quo Scholastici, quod quidem hoc negotium attinet, ab orthodoxa sententia Ecclesiæ varient. Hæc igitur cum ita sint, eat Philippus & accuset Scholasticos quantum velit, & quousque velit: nos nihil remorabitur quo minus illos acceptemus. Certè non possimus non candorem in illo desiderare: Et vt alibi Hilarius scribit, difficillimum est ne mentiri existimentur, qui se in alio negotio non possunt nisi mendacio purgare. Iam quod de concupiscentia disputant, facile opinor patientur. D. Augustinum arbitrum esse, qui hanc litem vnicam sententia dirimere possit. Concupiscentia, inquit, nõ eodem modo appellatur peccatum, quo facit reum: sed quod sit reatu primi hominis factum, & quod rebelando nititur nos trahere ad peccatum,

Pag. 37.

Vide Aug^o
ustinum.
tracta. 41.
in Ioann^o

Concupiscentia

C 5 nisi

ARTICVLVS. II.

nisi adiuuet nos gratia Dei p̄ Iesum Chri-
stum Dominum nostrum, ne sic etiam
mortuum peccatum rebellet, vt vincendo
resipiscat & regnet. Haftenus ille contra
Iulianum Pelag. lib. 2. ca. 1. Et con. eundē
lib. 6. cap. 11. Eadem legis contra duas Epi-
stolas Pelag. lib. 1. cap. 13. ad Bonifacium.
Postremò mihi non videtur operæ preti-
um multis rixari & anxium esse pro defen-
sione Lutheri: quoniam non arbitror Me-
lanchthonem in hoc esse vt velit oēs Luc-
theri sui articulos defendere: transeat era-
go ille quē de Concupiscentia somniauit,
cum cæteris ipsius erroribus quos nemo
sanus excusabit vnquam. Enimvero in
tanto Ecclesiæ tumultu, non possunt vigi-
lantes pastores rara illa aduersariorum Pa-
radoxæ, non habere suspecta: & pacata
Ecclesia multa tolerantur impunè, quæ hac
ipsa turbata, non possunt non esse sus-
pecta. Et haftenus super hoc articulo disse-
cuisse suffecerit.

DE INCARNATIO

verbi.

Artis

ARTICVLVS. III.
ARTICVLVS TER-
tius.

Item docent, quod verbum, hoc
est, filius Dei assumpserit huma-
nam naturam in vtero Beatę Marię
virginis, vt sint duę naturę, diui-
na & humana, in vnitae personę
inseparabiliter coniunctę, vnus
Christus, verę Deus, & verę ho-
mo, natus ex virgine Maria, verę
passus, crucifixus, mortuus & se-
pultus, vt reconciliaret nobis Pa-
trem, & hostia esset non tātum pro
culpa originis, sed etiam pro om-
nibus actualibus hominum pecca-
tis. Idem descendit ad inferos, &
verę resurrexit tertia die, deinde
ascendit ad cęlos, vt sedeat ad de-
xteram patris & perpetuõ regnet
& dominetur omnibus creatur-
is, sanctificet credentes in ipsum,
misso in corda eorum spiritu san-
cto qui regat, consoletur ac vi-
uifice-

uifice-

ARTICVLVS. III.

uiuificet eos, ac defendat aduersus diabolum, & vim peccati. Idem Christus palam est rediturus, vt iudicet viuos & mortuos &c. iuxta Symbolum Apostolorum.

F. Ioan. Hoff.



POLOGIA ipsa, quid Catholici hic velint, aperuit: nec ego ipsius verba grauiabor adscribere. Tertium Articulum probant aduersarij, inquit Philipp. in quo confitemur duas in Christo naturas, videlicet naturam humanam assumptam à verbo in vnitatem personæ suæ &c. iuxta Symbolum Apostolorum & Symbolum Nicenum. Hæc ille. Nos porrò respondemus hunc Articulum meritò à Catholicis acceptum & approbatum, quoniam apud nos sic inuentus, sic depređicatus, & sic defensus est. At si quis fuerit diligens librorum Lutheranorum lector, non pauca inueniet quæ huic confessioni repugnēt: multa sic temere eiaculata apud simplices, vt nō potuerunt non offendipiorū animi: quod quā verum sit

vno,

ARTICVLVS. III.

vno atq; altero exemplo testatum faciam. Humanitas Christi, ait alibi Lutherus, omnino sicut alius sanctus, verè & natura homo, non cogitauit omni tēpore, nec dixit, nec voluit, nec animaduertit omnia: vti quidam ex eo volunt hominem omnipotētem facere, imprudenter permiscentes duas naturas & opera earum. Quēadmodum enim, nō vidit, nec audiuit, nec sensit semper omnia: ita nec corde omnia quouis tēpore intuitus est, sed sicut duxit eū deus, eiq; res obtulit. Plenus quidē fuit gratia & sapientia, inde quæcunq; ei occurrissent, potuit iudicare, & alijs tradere, propterea quòd in eo personaliter præsens diuinitas erat, quæ sola omnia videt & nouit. Hæc Lutherus ad verbum in expositione Epistolæ ad Hebræos, ad Supremam missam Natalis Christi, interprete Bucero, q̄ eadē ad Marpurgem. Academiam refert. Sed tu in hoc negotio Catholicam Ecclesiæ sententiā accipe. Si quis personis duab⁹ vel subsistētis eas voces quæ in Apostolicis scriptis cōtinentur & Euangelicis, diuidit: vel q̄ de Christo dicuntur à Sanctis, vel ab ipso, & aliquas quidē ex his, velut homini q̄ p̄ter Dei verbū specialiter intelligat, aptauerit,
illas

ARTICVLVS. III.

illas autem tanquam dignas Deo soli Dei
Patris verbo deputauerit, Anathema sit.
Haecenus ex Concilio Ephesino. Et iterum:
Symbolum Ephesinae Synodi ait, vni per-
sonae cuncta eius in euangelio ascribimus,
vni substantiae, verbi scilicet incarnati,
quia vnus est Dominus Iesus Christus &c. Scri-
bit etiam Leo ille & eruditione & vite san-
ctimonia insignis Pontifex Epistola 40.
ad Palaestinos, quomodo de vtraque Christi
natura differendum sit, quae omnia vel al-
legasse suffecerit. Et Ioan. ille Damascenus
non contemnendus Theologus, dignus est
qui super hac re videatur lib. 2. Orthodo-
xae fidei cap. 22. & lib. 3. ca. 21. Et haec qui-
dem contra Lutheri incircumspectam &
imprudentem, ne quid durius dicam, ser-
monem produximus. Iam quis illam Phi-
lippi theologiam patienti stomacho ferat,
qua rationes pauoris Christi colligens, in-
ter caetera inquit, Tertia causa pauoris
Christi fuit, eademque summa, sensus quidam
desertionis & irae diuinae, quo fluctuabat
Christus inter infernum & vitam. In hoc pauore
refacta est despoliatio donorum in Chris-
to: vt iam non concludat argumentum de
charitate, Quod vbi sit perfecta charitas,
ibi

ARTICVLVS III.

Ibi nō sit timor. In Christo fuit pfecta charitas, nihilominus pauor: nam in hac afflictione & angustia, despoliatio quedā charitatis facta est, quod scilicet subtrahēte se diuinitate, non flagrauit charitas. Hæc ille in Matt. cap. 26. Ad iuciam etiā aduersariorum, de Descensu Christi ad inferos, sententiam, certè ab Ecclesiæ Catholicæ sententia longe abhorrentē. A duersariorū autē nomine non solum Lutherū & suos, sed etiam Zuingliū & suos intelligas velim. Et hij quidē nusq̄ non inculcant non aliud esse cum dicimus Christū ad inferos descēdisse, atq; si dicimus illum verè mortuum & sepultū esse. Sic enim Zuinglius scribit, Descendit ad inferos, arbitror ideo ex Patrum sententia Symbolo insertum, vt ostēderent Christi morte, Patres qui mortui fuerant redemptos &c. vt descētio Christi ad inferos non sic intelligatur, quasi circūscriptiuè, sed potentialiter, vt sic loquar: quod scilicet mors eius, eos qui erant apud inferos redemerit. Hæc ille li. Epist. 3. pag. 1226. Audiatur etiā Oecolampadius, Descendit ad inferos, inq̄t, videt iuxta Hebr. sermōis proprietatē declaratio esse eius, qđ dicit, Sepult⁹ est: ita vt verè mortuū nō ambigam⁹.

Lib.

ARTICVLVS III.

Lib. Epistolarum 1 pag. 4. Butzerus porro
ne prorsus videatur a symbolo, ad eundem
impingit lapidem, ac per omnia subscribit pre-
ceptoribus suis Sacramentariis, in cap. Math.
27. & adijcit, Somnia igitur sunt, quæcumque
Theologi superioris sæculi de Lympo Pa-
trum, & reali descensu illo Christi, quo etiam
ad locum damnatorum & purgatorium ac-
cesserit, disputarunt &c. Et hætenus quidem
Butzerus. H. Bullingerus in Kathedra &
dogmatibus, Zuinglij successor, quasi in li-
uio hærens, sic scribit in commentariis su-
is. Etsi Petrus de persona Christi videatur
locutus quæ descenderit ad inferos: certè
tamè de vita & redemptione Christi locu-
tus est, quæ defunctis profint. Hæc in 1. Pe.
3. In cap. vero 4. eiusdem Epistolæ ait. Si
quis omnino cõtendat etiam animam Chri-
sti ad patres descendisse Sanctos, non ma-
gnopere reclamabimus &c. Videant itaq;
Catholici, vtrum aduersarij in articulis fi-
dei Ecclesiæ Catholicæ consentiãt an nõ
ego longè aliam interpretationem illorum
articulorum, in patrum monumētis video.
Sed in hoc quem iam de Descensu Chri-
sti ad inferos attigimus, non nullum gustu
dabimus continenter. Doctissimus ille

Ada

ARTICVLVS. III.

Adamātius super hac re sic differuit, Intelligimus Christum idcirco in infernum descendisse, non solū vt ipse nō teneretur à morte, sed vt & eos qui inibi non tam præuagationis crimine, quàm moriendi conditione habebantur, absolueret. Hęc in cap. Rom. 5. Eadem legis apud eundem contra Cellum lib. 2. Et in Math. Tracta. 35. Iuathic adducere sententiã D. Augustini ex libro de præsentia Dei ad Dardanum. Neq; Cap. 22
enim ipso die (parasceues) in Cælo futurus erat homo Christus Iesus; sed in Inferno secundum animam, in sepulchro aut secundum carnē. Quid manifestius dici potuit tam bono Antistite? Sed rogas quibus Scripturis cōmentū suum probet: Lege caput tertium eiusdem libri, & intelliges illū sententiam eiusmodi Catholicam ex D. Petri Epistola hausisse. Hijs iam adde Hilariū qui in Psalmum. 53. comentās, scribit, morte non interceptus vnigenitus Dei filius, ad explendam quidem hominis naturam etiā morti se, id est, discessioni se tanquam animæ corporisque subiecit, & ad infernas sedes, id quod homini debitum videtur esse penetrauit &c. Huc facit etiam quod D. Basilius in Psal. 48. scribit super
D
illud,

ARTICVLVS. III.

illud, Veruntamen Deus redimet animam
 meam de manu inferi, cum acceperit me.
 Palam vaticinatur, inquit, Christi ad infer-
 num descensionem, qui vnà cum alijs, Pro-
 phetæ ipsius animam sit liberaturus, vt ibi
 nequaquam remaneat. In Psal. vero 44, in-
 quit, Itaque Christi quidem odor myrram
 ob mortem spirat: Guttam verò quod non
 immobilis nec ociosus in sepulchro per-
 manserit, sed illis diebus ac noctib⁹ in in-
 fernum descenderit, ac omnia circa resur-
 rectionē mysteria, ne quid eorum quæ ab
 ipso agenda relinqueretur, absoluerit, &c.
 Sub finem iuuat etiam D. Irenæum profere-
 re, qui ad calcem lib. 5. contra Hæreses, in-
 quit, Si ita esset, quemadmodum Hæreti-
 ci dicunt, ipse vtique Dominus in quē se di-
 cunt credere, nō in tertia die fecisset resur-
 rectionem, sed super Crucē expirās, confe-
 stim vtique abisset fursum, corpus relinquēs
 terræ, Nunc autē tribus diebus cōuersatus
 est vbi erant mortui, quē admodū Prophe-
 tia ait de eo, Cōmemorat⁹ est Dñs sancto-
 rū mortuorū suorū, eorū q̄ ante dormierūt
 in terrā stipulatiōis, & descēdit ad eos, ex-
 trahere eos, & saluare eos. & cetera q̄ sequū-
 tur. Nō possum mihi tēperare quin hic sub-
 ijciam

ARTICVLVS. III.

ijciam doctissimi Theophili Alexandri-
 ni sententiam, authoris sicut vetusti ita
 nec contemnēdi. Hic igitur libro Paschalī
 primo sic scriptū reliquit, Nec credibile est,
 quod ad inferos caro Christi descenderit,
 vel prudentia carnis, quæ appellata sit ani-
 ma, inferis apparuerit, sed quod corpus ei⁹
 positum in sepulchro sit, & ipse nec de cor-
 pore & sapientia carnis, nec de diuinitate
 sua dixerit, Non derelinques animam me-
 am in inferno, sed verè de nostræ naturæ
 anima, vt perfectam ac rationalem & intell-
 ligibilem, atque sensibilem ad inferos ani-
 mam descendisse monstraret. qui copiosi-
 ora velit super hoc articulo, legat etiā Ioan.
 Damasce: item doctissimam illam Comi-
 tis Mirandulani super hoc negotio disser-
 tationem. Ex his enim quæ nos adduxim⁹
 satis demonstratum opinor, quàm varient
 Aduersariorū interpretationes à sanctorū pa-
 trū sentētis, vt frustra nobis occināt se no-
 biscū profiteri duodecim Symboli Aposto-
 lici articulos. De Incarnatis e verbi, & de
 Christi descensu ad infero iā sufficienter
 nos disseruisse putamus, de aliis nō nullis
 articulis, suo loco, q̄ Dñs dederit, ingenuè
 fatebimur. Sed iā nobis obtrudūt libellum

D a Confes-

ARTICVLVS III.

Confessionis suæ, ad hanc prouocant, hunc
fidei suæ testem producant. Quid tum?
Non ualebit apud cordatiores talis illatio,
Lutherani bonam exhibent fidei suæ Con-
fessionem in hoc vel illo libello, in hoc vel
illo articulo, ergo rectè ubiq; docent. Aut,
Confessionis libellus non omnino malus
est, ergo in alijs ipsorum scriptis nihil ma-
li, nihil impij est. Nō quærunt tantū, quid
iam teneant, quid credāt, quid ue iam pro-
fiteantur: sed etiam hoc, quid hætenus à
primo ouo huius inauspicatissimi Conui-
uij, tenuerint, crediderint, docuerint? Et
hæc ad omnes & singulos confessionis ar-
ticulos repetita volumus. Non mihi dolet
aduersariorum in multis articulis profe-
ctus, sed miseret me simplicioris populi
qui hætenus tam miserè, nihil durius iam
dixerim, delusus fuit. Sed quoniam ver-
bosiores hic fortè fuimus quam negotium
postulare multis videri potest, ad sequen-
tis articuli Collationem descendemus.

ARTICVLVS QUAR- tus de Iustifica- tione.

Item

ARTICVLVS III.

Item docent, quod homines nō
possunt iustificari corā Deo pro-
prijs viribus, meritis aut operibus,
sed gratis iustificētur propter Chri-
stum per fidem, cum credunt se in
gratiam recipi, & peccata remitti
propter Christum, qui sua morte,
pro nostris peccatis satisfecit. Hāc
fidem imputat Deus pro iustitia co-
ram ipso. Roma. 3. & 4.

F. Ioan. Hoff.



Vod aduersarij docent ho-
minem non posse iustificari
corā Deo proprijs viribus,
meritis aut operibus, sed
gratis propter Christum per
fidem, non grauatim accipimus, nec puta-
mus aliquem ex modestioribus Theolo-
gis nobis hīc reluctaturum. Huius autem
lōgæ & quasi inueteratæ quæstionis, quæ
est de fide iustificante, nisi me fallunt om-
nia, possum aliquam subodorare causam.
Quis enim ignorat quam gladiatorie quī-
dam contra hunc iustificationis articulū

D 3 pugnae

ARTICVLVS. IIII.

pugnauerunt? Sed accipe causam. Nisi quidam ex aduersariorum Castris tam impia sparsissent alibi in populū cōtra bona piorum opera, nunquam profectō ventum fuisset ad tam vanas contentiones. Conquestus est hoc ipsum, nec immeritō Butzerus in Romanis suis, Conquestus est Rhegius, & ni fallor, Lutherus ipse in visitatione sua saxonica. Sic enim illi solebant inuehi in bona filiorum Dei opera, ac si prorsus nihil pertinerent ad salutem hominis: quae de re nos suo loco dicemus abundē. Sed ad rem. Ante exortum hunc in Ecclesia Dei tumultum, nemo fuit offensus particula illa, sola, quam iam tenerae quorundam aures vix ferre possunt. Nemo siquidem vquam in ius vocauit D. Ambrosium quod affirmarit hoīem sola fide iustificari. Iā pot rō p̄ hac vocula, Sola, nescio quot annis digladiatū sit. Qui igitur hoc factū est? Quae ratione in aduersarijs dānatur, quod in Ambrosio & plausibiliter legitur, & fideliter creditur? Accipe causam; nam omnia fient planiora, mōstratis occasionib⁹ vnde quaestiones oriūtur, Diuus Ambrosius tam dilucidē loquitur, tamen egregiē atq; exactē suū tribuit fidei locum, vt piorum operibus, ne
vnica

ARTICVLVS. III.

vnicaquidē syllaba præiudicet: Et aliter lo-
 qtur de operibus quæ præcedunt iustifica-
 tionē, & aliter de operibus quæ iustificatio-
 nē sequuntur, id quod in sequētibus manife-
 stissimū faciem⁹. Sic etiā. S. Episcopus tra-
 ctat negotiū de iustificatiōe impij, vt nō ta-
 citē prætereat, quomodo à iustificatione la-
 plus ad peccatorū remissam peruenire iterū
 possit, & reiterato iustificati: Et in hoc ne-
 gotio, nō totū tribuit Soli fidei, sed ad poenī-
 tentiā adhortatur. Iā enim nō Simplex pec-
 catū est, ait alibi Chrylsto. sed duplex aut
 triplex. Habes igitur quare nō offendamur
 vocula, Sola, in Ambrosio, immò nō tātum
 in Ambrosio, sed neq; in alijs classicis &
 Catholicis doctoribus. Quid q̄ Philip. ipsa
 testat (infra de poenitētia) doctrinā poenitē-
 tiæ & doctrinā iustificatiōis esse locos ma-
 ximè cognatos? p̄fecto plurimū refert, qua
 occasione, quoue loco aliqd dicatur. Quod
 Paulus Apostolus Fidei (addā) & Soli fidei
 (modo rectè intelligat) iustificationē adscri-
 bit, neminē haften⁹ offendit: vt verò mens
 Pauli intelligatur, qui in prioribus capiti-
 bus Iustificationem fidei tribuit, & tamen
 nihilo secius in sequētibus opera vrget, tan-
 quā ea sine q̄bus salutē cōseq̄ possit nemo

D 4 solex;

ARTICVLVS III.

solerter iudicandum est. Quis putas fuerit
 scopus Pauli differentis sic de fide, ac si hu-
 ic solę deberetur salus? operum verò quasi
 nullus sit respectus? Audi quæso bone le-
 ctor. Quæstio in hoc vertebatur cardine,
 vter Deo magis acceptus, Iudæus ne, qui
 omne onus Legis per omnem vitam tulerat,
 an ne Gentilis, qui neque Legi scriptę,
 neque legi naturę vnquam obtemperauerat?
 Incredible enim videbatur Iudæis, si-
 quidem homo, qui omnem priorem vitam
 frustra atque inaniter consumpsisset (sic e-
 nim loquitur Chrysost.) duxissetq; per ma-
 la opera, postmodum ex FIDE SOLA,
 saluandus duceretur. Vt ergo ita se habere
 persuaderet Paulus & Iudæis & Græcis,
 ostendere voluit neq; Iudæum, neq; Gen-
 tilem suis ipsorum operibus præmeruisse,
 vt ita loquar, iustificationem, sed iustifica-
 ri hominem sola fide, qua credit Christum
 filium Dei in hoc à patre missum, vt quasi
 Agnus innocens, totius mundi, hoc est, &
 Iudæorū & gentilium peccata teget, ex-
 piaret, aboleret. Iustificamur per eam fidē,
 inquit D. Augustinus, qua credimus nobis
 iusticiam diuinitus dari, non à nobis, in
 nobis, nostris viribus fieri, &c. Hæc puto
 tam

ARTICVLVS III.

ram clara esse, vt nemo possit, citra impu-
 dentiam contradicere. Hoc certè egit Pau-
 lus in Romanis, quod Apostoli in primo
 Concilio Hierosolymis, quod etiam Cal-
 uinus in Romanis suis dissimulare noluit,
 vbi etiã disertis verbis affirmat Paulo ne- In cap. 3.
 gotium fuisse cum ijs, qui populum falsa
 cæremoniarum fiducia inflabant. Quum
 igitur patres ad hanc rationem tribuerint
 Iustificationem solę fidei, siue fuerit Orige-
 nes, siue Chrylost. siue Ambrosius, siue Au-
 gustinus, nemo ex Scholasticis vel ex alijs
 etiã modestioribus Theologis reclamauit.
 Iam porrò hoc turbulento & turbato sæcu-
 lo, ita cõfuse hoc negotiũ tractatũ est, vt al-
 ter alterũ nõ intellexerit. Nã q̄ soli fidei se-
 se opposuerũt, in hoc suã acie ordinarũt, ne
 disputatio hæc iret in perniciem saluber-
 rimæ pœnitentiæ, quam non immeritò D.
 Hieronymus secundam post Naufragium
 tabulam vocauit: neque enim vetus illa al-
 tercatio Iudæorum & Gentiũ illis in mē-
 te venerat: nec putauerunt illã disputatio-
 nem valde necessariam, quando statim à
 cunis, immò ab vtero matris ad Bapti-
 smi Sacramentum apportamur, ibiq; haud
 in lauacro regenerationis, iustificamur

D 5. & si

ARTICVLVS. III.

& filij Dei efficiuntur. An verò iam eadem sit disputatio de iustificatione paruuli, qui nec corde credere ad Iustitiam, nec ore cōfiteri ad salutem potest: & quæ est apud Apostolum de Iustificatione impij Iudæi, vel Ethnici, aliorum esto iudicium. Hic Sacramentarij cū suis Anabaptistis ad coruos, Nam quod ad paruulos attinet, indubitātū est quod nullo iudicio rationis vtūtur (sic loquitur D. Ambro. de vocatio: Gen.) quo auctoris sui beneficia sentientes, ad agnitiōē valeant veritatis accedere. Meo certē iudicio, alia est disputatio qua ratione iustificetur impius, & alia, quomodo Christianus baptizatus & in peccata relapsus, peccatorum remissionem accipere possit. In hac, ni fallor, nō sola fides locum habet, sed pœnitentia quæ etiā sine fide in Dei misericordiā nihil est, quum fides omnium virtutum basis & fundamentum sit. In illa verò quomodo sola illa & verè solitaria vestra fides locū habeat, non video. Sed eius rei arbitrium substituemus vetustissimum Ecclesiæ Antistitem Arnobium cuius & verba & sententiam ex Psalmo 106. sic habet. Tu Nouatiane dicis, Qui adhuc non sunt redēpti, ipsi possunt ad indulgētiā pet

lib. 1. cap.

7.

ARTICVLVS III.

per pœnitentiã puenire. Nos dicimus, Illi
per fidẽ solã ad indulgẽriã attingũt. Isti aut,
qui iã redẽpti sunt, non per fidẽ solã, quia iã
crediderunt, sed per pœnitentiã, perueniũt
ad misericordiam redemptoris. Haftenus
ille. In priori igitur queritur qd iustificãdũ,
in altera, quid semel iustificatũ & tamẽ re-
lapsum facere oporteat. Ad iustificãdũ per-
tinet quod Apostolus dicit, Ex operib⁹ Le-
gis, non iustificatur omnis homo, sed iusti-
cia quẽ testificata est à lege & prophetis, iu-
sticia, inquam, Dei per fidem Iesu Christi,
in omnes & super omnes qui credunt in
eum. Et, Iustificati gratis per gratiam ipsi-
us, per redemptionem quã est in Christo
Iesu. Arbitramur enim hominem iustifi-
cari per fidem, sine operibus legis. Cre-
denti enim in eum qui iustificat impium,
reputatur fides eius ad iusticiam secun-
dum propositum gratiã. Ad iustificatum
verò, & qui iam peccato non, vt debu-
it, repugnauit, pertinet quod Paulus in
eadem Epistola ad Romanos dicit, Quid
ergo dicemus? Manebimus in peccato
vt gratia abundet? Absit. Qui enim mor-
tui sumus peccato, quomodo adhuc vi-
uemus in illo? An ignoratis fratres, quia
quicun-

ARTICVLVS. III.

quicumque baptizati sumus, in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et rursus: Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticiæ in sanctificatione &c. Vide ergo iam institutum Pauli, & statim intelliges quid si dei, quid operibus tribuat. Primum docet vnde iustificemur, deinde docet vnde saluemur, neque enim videtur idem esse, vel Apostolum pro eodem accipere iustitiam & salutem: ratio quæ me mouet hæc est, Iusticia qui excidere potest, at salute accepta excidere nemo iam potest (Sophisticas argutias hic nihil moramur) Quid enim aliud agit Apostolus in Romanis, quam quod admonet Gentiles cautè agere, ne rursus excidant. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, inquit, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si tu gloriaris, non tu radices portas sed radix te. Dicis ergo, Fracti sunt
rami

ARTICVLVS. III.

Rami vt ego inferar. Bene. propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat &c. Et alibi ait idem Apostolus, Qui se existimat stare, videat ne cadat. Et rursus ad Philippen. Cum metu & tremore, vestram salutem operamini. Et apostolorum vertex Petrus. Quapropter, fratres, satagite, vt per bona opera, certam vestram vocationem faciatis &c. Hæc mihi in hoc dicta sunt, vt dem ratione, quare in veteribus approbamus, quod Aduersarijs vitio vertitur, hoc est quod vocula (Sola) nos in hijs offendit, quæ in illis nolimus mutatâ. Iam igitur propi^o ad negotium accedentes profiteamur nos Aduersarijs subscribere, quod quidem hunc articulum adinet: si modo sic intelligi volunt, sicut apud Priscos patres scriptum legimus, & lectum intelligimus, nimirum, vt in iustificando impio, quod ad hominem attinet, primas soli debeat fidei, vt sine qua nemo vnquam placuerit Deo. Nihil hic de paruulis fidelium loquimur. Nihil nos mouebit, siue dixerint hominem iustificari fide, siue, sola fide, modo & hoc dent nobis nemini patere vitam,
nisi

ARTICVLVS. III.

vide Aug.
Tract. 83.
in Euang.
Ioannis.

nisi q̄ fidei adiecerit opera charitatis. Quādo enim de re constat, non opus est certare de verbis. D. Paulus nunc dicit hominem iustificari fide, nunc gratis, nūc nō ex operib⁹ Legis: vnde sanè liquet quid velit. Et nos adsentimur neq; Iudeū sua lege, neque Græcum sua non lege, vt ita loquar, iustificari, sed vtrumque fide, & hoc gratis propter Christum cuius preciosus sanguis pro nobis fusus nō postremum locum in iustificando impio habere putandus est. Sic etiā adserimus paruulos nostros, non suis meritis (quid enim vel boni vel mali meruissent, nondum nati?) sed sola Dei misericordia & gratia, sanguine Christi intercedēte, per lauachrū regenerationis & renouationis iustificari: nec dubitamus vocare iustificatos, quos scimus, iuxta Christi promissum & iuxta Ecclesię fidē regeneratos, & in albo filiorum Dei conscriptos. Pauli vox est, Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis. Quod verò ad opera quæ Iustificationem sequi debent, adtinet, suo loco, Articulo .6. dicemus. Reliquum, vt etiam testatum faciamus priscos patres tam Græcæ quàm latinæ Ecclesiæ à nobis stare, nosque meritò non debere offendi

ARTICVLVS. IIII.

Offendi si quis dicat nos sola fide iustificari, siue relicta particula, sola, dicat nos fide iustificari. Diuus Augustinus primus nobis patrocinetur, vt quia nemine citra impudentiam reijci potest: hic ergo de Spiritu & litera cap. 10. inquit, Iustificamur per gratiam gratis, nullis nostrorum operum præcedentibus meritis, alioqui gratia non esset gratia: quandoquidem ideo datur, non quia bona opera tecimus, sed vt ea facere valeamus, id est, non quia legem impleuimus, sed vt legem implere possimus: Eadem ferè legis cap. 26. eiusdem libri. Et rursus cap. 13. ait, Non iustificatur homo præceptis bonæ vitæ, nisi per fidem Iesu Christi, hoc est, non lege operum sed lege fidei: non litera, sed spiritu: non factorum meritis, sed gratuita gratia. De fide porrò & operibus cap. 4. ait idem August. Cum dicit Aposto. Arbitrari se hominē iustificari per fidem sine operibus legis, nō hoc agit, vt Præcepta & p̄fessa fide, opera iustitiæ contēnantur, sed vt sciat se quisq; per fidē posse iustificari, etiā si legis opera nō p̄cesserint. Sequuntur enī iustificationē, nō p̄cedūt iustificadū. Subijciā & illud ex libro eiusdem de Gratia & libero arbi,

arbi,

ARTICVLVS III.

arbi. ad Valentinum cap. 6. Necessarium est, inquit homini, vt gratia Dei nō solum iustificetur impius, id est, ex impio fiat iustus, cum redduntur ei bona pro malis, sed etiam vt cum fuerit iustificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incumbat super ipsum ne cadat. Haftenus vno atque altero testimonio docuimus, quid. S. ille Antistes de iustificatione impij sentiat: tuum iam fuerit diligēter expendere quoties inculcauerit, quoties repetiuerit, gratiam, gratis, solam fidem, non ex operibus praecedentibus, & statim intelliges. S. Episcopū omnia iuxta mentē Pauli differuisse. Sed qd phibet adijcere qd idē August. cōtra Iulianū Pelagianū scripserit. Iustificatio, nqt, in hac vita nobis secūdū tria ista cōfertur: prius lauacro regenerationis, quo remittuntur nobis cuncta peccata. Deinde congressione cum vitijs, à quorum reatu soluti sumus. Tertiò, dum nostra exauditur oratio, qua dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Iā D. Ambrosium, qui Augustinum Christo genuit, audiamus, & quid velit diligenter attendamus: vix enim alius est, qui fidem iustificantem magis vrgeat, atq; hic vigilantissimus Mediolanensiu
Episcop

Lib. 2.

ARTICVLVS. IIII

Episcopus maximè verò in Commentarijs quos in Epistolam ad Romanos composuit. Iustificati sunt, inquit, Iudæi scilicet & Græci, gratis, quia nihil operantes neque vicem reddentes, Sola fide iustificati sunt. Et rursus. De⁹ in Christo proposuit, id est, disposuit propitium se futurum humano generi si credat. Et iterum. Viderunt Iudæi hominem non iustificari apud Deum, nisi per fidem. Et ibidem, Arbitramur hominem iustificari per fidem, sine operibus legis. Gentilem dicit hominem pro certo habere, quod iustificetur credens, nulla faciens opera legis, id est, sine circumcisione, aut Neomænijs, aut veneratione Sabati. Hæc omnia Ambro. in cap. Rom. 3, vbi & quæ sequuntur inuenies. Ideo autem iusticia Dei dicta est, quæ videtur esse misericordia, quia de promissione originem habet: & cum promissum Dei redditur, iustitia Dei dicitur. Iusticia enim Dei est, quia redditum est, quod promissum est. Ex capite Porro 4. hæc subiiciem⁹, quæ cōtinēter sequuntur, Impius per SOLAM FIDEM iustificatur apud Deum. Itē. Sic decretum dicit Apostolus à Deo, vt celsate Lege, Solā Fidē gratiæ dei posceret ad salutē. Et iterum in iisdē cōmēta.

E

Beatos

ARTICVLVS III.

Beatos dicit, de quibus hoc sanxit Deus, ve
sine labore, & aliqua obseruatione, SOLA
fide, iustificentur apud Deum. Et non ita
multò post. Manifestè beati sunt, quib⁹ si-
ne labore vel opere aliquo remittuntur ini-
quitates, & peccata teguntur, nulla ab his
requisita pœnitentiæ opera, nisi tan-
tum vt credant, &c. Hactenus retulimus
quæ Diuus Ambrosius in præmemoratis
commentarijs disseruit de iustificatione
impij, quæ proculdubio consonant cum
Confessione aduersariorum, & intelligi
debent de his qui iustificandi & regeneran-
di sunt. Quod quàm uerum sit, uel ex ipso
Ambrosio luce clarius demonstrari potest:
hoc inquam, demonstrari potest quod Di-
uus hic Antistes quando de sola fide, de
non labore, de nullis operibus dicit, in-
telligi debeat de iustificandis impijs, qui nō
dum loti sunt, ^{am}acro regenerationis. Ipse
enim Episcopus Sanctus sibi metipso obij-
cit, Quō quis possit sine labore & gemitu,
remissionem peccatorum accipere? Et re-
spōdet. Apostolus protestatur propter ple-
nitudinem temporum, & quia plus gratiæ
in Apostolis est q̄ Prophetis, maiora q̄ ex
dono baptismatis consequuntur, quia iā nō
solum

ARTICVLVS. III.

solū remissionē peccatorū accipere nos, sed
 & iustificari & filios Dei fieri p̄fitetur &c.
 Hæc ille in cap. Rom. 4. & ad finem huius
 Capituli, inquit, Ante passionem qui bapti-
 zati sunt, solam remissionem acceperunt
 peccatorum quorum zelo Satanas occidit
 Saluatorem. Post resurrectionem verò tam
 hij qui prius, quàm isti qui postea baptizati
 sunt, omnes iustificati sunt per datam for-
 mam fidei Trinitatis, acceptoq; spiritu san-
 cto, qui signum est credentium, quod sunt
 filij Dei. Et vt ad cumulū nobis iustifica-
 tionis proficeret, resurgens præceptis suis
 auctoritatem tribuens, æmulos nos eorum
 hac fiducia faceret, per quam iustificemur,
 meritis nos aueremus, per quam gloriam
 adepti, clari appaream⁹ in Regno Dei, quia
 iustificati à morte teneri non possumus. To-
 tidē verbis Ambro. alludēs nimirū ad locū
 illum Pauli ad Titum vt ^{ur}, daret sibi po-
 pulum acceptabilem, sectatorem bonorum
 operum. His opinor satis probatū est mul-
 tū differre, quādo quis dicit, Hoīem iustifi-
 candū opus habere Sola fide: & peccatorē
 baptizatū nō posse saluari Sola fide. Certò
 siquidē constat Catholicos Doctores, quo-
 ties loquūtur de sola fide, eos loq de nondū

E 2 iustia

ARTICVLVS III.

iustificatis, non de relapsis. Et quoties lo-
 quuntur de non sola fide, eos loqui de hiis
 qui post regenerationis lauachrum, reuerfi
 sunt ad volutabrum ceni sui. In huius rei
 fidem adducam Ambrosium ipsum, qui in
 Rom. cap. ii. scriptū reliquit. Gratia Dei in
 baptisate, nō querit gemitum aut plange-
 ctum, aut opus aliquod, nisi solam ex cor-
 de professionem. Ne enim quia grauitate
 deliquerant (Iudæi) non recipiendo pro-
 missum Dei: & quia quæ grauitate peccan-
 tur, nō NISI fletu & gemitu ad veniā per-
 tinent, ne ideo illos non posse iam accipe-
 re misericordiam putarent (gentiles) quia
 dolere illos (Iudæos) non videbant, osten-
 dit hoc inter PRIMORDIA FIDEI nō re-
 qui. Donū enim dei gratis donat in Baptis-
 mo. Eiusdem sententiæ etiam est D. Chry-
 sostomus in Acta apostolorum Hom. i. Si
 enim boni patres salutem & nostri glorifi-
 cationem vni & soli adscriberent fidei, quod
 opus fuerat tot scribere commentarios de
 alijs virtutibus & maximè de pœnitentiâ?
 D. Origines cum Apostolo Paulo iustifica-
 tionem & prima salutis nostræ fundamen-
 ta adscribit quidem Fidei: tamen nihilo
 seciùs nō tacet quid iustificatos, accepta
 per

ARTICVLVS. III.

per fidem iustificatione, facere oporteat. Si quis iniuste agat, inquit, post iustificationem, sine dubio iustificationis gratiam spreuit: neque ob hoc quis veniam accipit peccatorum, ut rursus sibi putet peccandi licentiam datam. Haftenus ille. Et Chryso. Non sola fide, inquit, opus est, sed & conuersatione spiritali, ut semel datum spiritum contineamus. Eadem videre licebit apud S. Augustinum Octoginta trium Quæst. q. 76, ubi Pauli & Iacobi Apostolorum sententias de fide & operibus exponit, & quæ in speciem pugnare videntur satis dextere conciliat. Hæc igitur sunt quæ me mouerunt ad consentiendum huic Quarto confessionis Articulo de Iustificatione impij, qui articulus, ceu demonstratum est, testimonia habet ex Paulo & multis orthodoxis patribus. Tu modo diligenter memineris, quæ de iustificandis & de iustificatis admonui. Item de his, qui adhuc infantes in bapismate iustificantur. Tractauit etiam ante nos, nec infeliciter, negotium hoc Doctor Ioan. Diettbergius libro 2. de votis Monasticis contra Martinum Lutherum. Item D. Ioan. Mensingius, cum ex professo contra Apologiam Philippi scriberet, vnde qui volet

In cap.
Rom. 3.

Hom. 19.
in Rom.

E 3 copiosiora,

ARTICVLVS. III.

copiosiora legat. Qui nobis Enchiridion Christianę institutionis donarūt, viri nimirum non minùs eruditione quàm pietate insignes, non abhorrent à nostra sententia. Sic enim scribunt. Euangelium, inquit, initio vtitur ministerio Legis, Christus præcurfore Ioanne, arguit enim peccata, terrefacit conscientiam, ad pœnitentiam adigit, docet nos de infirmitate nostra, indicat nobis opus esse propiciatore Christo, propter quem datur nobis remissio peccatorum. Postea ministerio Legis uelut interquiescente, accedit fiducia quam mens contrita & humiliata capit ex promissione Euangelij, & qua se erigit credēs sibi remitti peccata gratis propter Christum: quod cum sit, simul donatur Spiritus sanctus per quem diffunditur charitas Dei in cordibus nostris qua renouatur voluntas & libera efficitur à legis seruitute: ac ita demum iustificatur homo, & inchoat vitam nouam atque ad eò æternam idq; per fidem in Christum, qua tanquam instrumento, remissio peccatorum & renouatio interioris hominis & vita accipiuntur, habentur ac retinentur. Haftenus illi admodum piè ac eruditè.

Nec

ARTICVLVS. III.

Nec video qua ratiōe Aduersarij nostri hanc Iustificationis definitionem flagellare queant, cum sit per omnia. S. scripturis consona, & habeat Patrum testimonia: adde, quod aduersarij ipsi fatentur eam tandem Solam fidem iustificare, quæ sit per charitatem efficax, & absoluat per penitentiam, Sic enim loquitur Brentius in Lucam suum. Melanchthō itē in Locis suis nuper nō temere renatis, sic scribit. nūc, inquit, de adultis loquimur, qui docendi sunt ex Euangelio, & qui ex verbo dei voluntate statuere debent. Mens perterrefacta agnitione peccatorum, statuere debet remitti sibi peccata gratis propter Christū, per misericordiā, non propter dignitatem contritionis, dilectionis, aut aliorum operum. Hæc ille. Audis solam fidem Melanchtonis, quæ tamen licet zeloripa sit, tamē secum patitur agnitionem peccatorū, contritionem, dilectionem &c. Et in Apologia idem ecclippus ait, Christus Lucae ultimo iubet prædicare penitentiam in nomine suo, & remissionē peccatorum, Euangeliū enim arguit oēs homines, quod sint sub peccato, quod oēs sint rei æternæ iræ ac mortis: & offert propter

E 4

Christum

ARTICVLVS. IIII.

Cap. 10. Augustinus hic nobiscum facit in lib. de Spiritu & litera inquiēs, Neq; enim lex impletur nisi libero arbitrio: sed per legem Cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra Peccatum: per gratiam sanatio animæ à vitio peccati: per animæ sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionē legis operatio &c. Ne quis verò existimaret liberū arbitriū nostrū ex semetipso Iustificatio ni cooperari, in eodē libro cauet dicēs, Deū in nobis operari & velle & p̄ficere pro bona voluntate, diffundēdo nimirū charitatē in cordib⁹ nostris p̄ Spiritū S. q̄ datus est nobis. Aperti⁹ est quod eiusdē lib: ca. 9. scribit, Iustificati, inq̄t, gratis p̄ gratiā ipsius: Nō itaq; iustificati p̄ legē, nō iustificati p̄ p̄pria volūtatē, sed iustificati gratis p̄ gratiā ipsius, nō quod SINE VOLVNTATE NOSTRA fiat, sed voluntas ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia volūtatē, & SANA voluntas impleat legem, non cōstituta sub lege nec indigens lege &c. De cōtritione, & remissione peccatorum ex abundantia est disserere, quum in hoc à nobis nihil dissentiat Philippus. Dicet forsan hic aliquis in hoc negotio à scholasticis nullam
men

ARTICVLVS. III.

mentionem fieri fidei, neq; etiam innouationis. Bona verba quaeso. Ego certe non puto Scholasticis incognitum fuisse quae ad iustificationem impij pertinerent, quum vbiq; docuerint Fide omnium virtutum omnisq; boni esse fundamentum, iuxta illud, Sine fide impossibile est placere Deo. Vnde Scholastici non negant in iustificatione Fidem, sed eam praesupponunt, vt ipsorum verbis loquar. Neque enim semper negatur, quod taceretur. Imò non tacent fidem, sed dum loquuntur de infusione gratiae, non tantum fidem sed & Spem & charitatem volunt intelligi. Thomas Aquinas vocat motum illum actionem fidei, per quem intellectus fertur in Deum. Et Bonaventura indentidem inculcat fidem ex Romanorum Epistola colligens testimonia, & ex Actis nominatim illud, Fide purificans corda &c. Porro quod Philippus toties inculcat Scholasticos docuisse quod opera coram Deo propter suam bonitatem sint accepta, nec egeant misericordia & propiciatore Christo, non video vnde illi copertum fuerit, aut qui nam illi Scholastici fuerint quos non puduit negare misericordiam, & propitiatorem Christum homini necessarium:

Ego

Operante
in nobis
Christo, co
operamur
salutem e-
ternam ac
iustifica-
tionem no-
stram. Iu-
stificat e-
nim Deus
nos in no-
bis, vt fa-
ciamus &
nos, Augu-
stinus Tra-
cta. 72. in
Ioan Euang-
ge.

ARTICVLVS. III.

Ego tales, si qui sunt (nullos autē esse per su-
sissimum habeo) excusare nolim. Postre-
mò quod ad bona opera attinet, suo loco
commodum dicemus. Iam huic negotio
iustificationis quod addam non habeo: ne
que dubitauerim quin facilè in hoc nego-
tioratio concordiae inueniri possit, modo
animi vtriusque partis fuerint concordiae
quàm inuidentiae appetentiores.

De Sacramentis & verbo externo, Articulus Quintus.

VT hāc fidem consequamur,
institutū est ministeriū do-
cendi Euangelij & porrigendi sa-
cramenta. Nam per verbum & Sa-
cramenta tanquàm per instrumen-
ta donatur Spiritus sanctus, qui fi-
dem efficit, vbi & quando visum
est Deo, in ijs qui audiunt Euange-
lium, scilicet quod Deus non prop-
ter nostra merita, sed propter Chri-
stum iustificet, hoc qui credunt, se
propter

ARTICVLVS V.

propter Christum in gratiam recipi.

Damnant Anabaptistas & alios, qui sentiunt spiritum sanctum contingere sine verbo externo hominibus per ipsorum præparationes & opera.

F. Ioan. Hof.



IT HUNC ARTICVLUM de usu Sacramentorum & ministerio verbi nõ illibenter amplectemur, modo illi interpretationem nostram non reiciant. primùm quod dicunt nos consequi fidem per ministerium verbi & Sacramentorum, si intelligunt de applicatiõne quam Scholastici ponunt, nihil peccatum est. Quod si sentiunt etiam infideles, vtputà Gentiles vel Iudæos, etiam consequi fidem per ministeriũ Sacramentorum, quomodo hoc ipsum fiat, non intelligimus: nisi fortè hinc alludere velint ad infantes, qui certè actu, fidem non habent, & tamen hos concedimus in Baptismo generali

generali

ARTICVLVS. V.

generari & iustificari .Addunt aduersarij,
 per verbum & Sacramenta tanquam per
 instrumentum dari Spiritum sanctum:in
 quo haud dubiè, & solidioris Theologiæ
 patres, & Scholasticos habent adstipulato
 res. Prædictis adnectunt, Spiritum sanctum
 per Sacramenta & ministerium verbi fidè
 efficere, vbi & quando visum est Deo: hoc
 Scholastici vocant, gratiam non esse alliga
 tam Sacramentis. Qua de re Scholastici in
 4. sententiarū statim ab initio. De iustifi
 catione, an ea nostris meritis, an ne sola fi
 de contingat, in proxima disputatiōe tract
 atum est. In Appèdice Anabaptistas rectè
 damnant: sed addunt rationes satis ambi
 guas. Scimus enim quid Anabaptistæ som
 nient, & quidam alij non maligni ho
 mines de verbo externo. Quod ad præpa
 rationes & opera adtinet, infra tractabi
 mus. Scimus D. Paulū docere, Fidè esse ex
 auditu, ^{audiriū verū p} verbū Christi: iā q̄ dis
 crimināt ^{verū} ^{can} ^{de} ^{ternū} ab interno, nō p̄
 sus delirare ^{tan} ni vidētur. D. ille Gētū do
 ctor, cui⁹ illa de fide verba iā posuim⁹, quē
 & necessitas vrgebat prædicare verbum
 Dei, nō dubitauit dicere, Ego plātaui, a pol
 lo rigauit, De⁹ autē incrementum dedit: quo
 nimi

ARTICVLVS V.

nimirū significauit, nō solo externo verbo
cōtingere fidē. Fides enim Dei donum est.
Bene itaq; ponderandum est, quod Dñs ap-
ud Hieremiā loquitur, Nō docebit vir p-
ximum suū &c. sed erunt oēs à Deo docti.
Et certè corporales aures habebāt, ad quos
validè clamabat Christus, Qui habet aures
audiēdi, audiat. Et rursus. Qui ex deo est,
verba Dei audit. Sed vos nō auditis, q̄a ex
Deo non estis: & tamen ipsi externè audie-
erunt. Qui super hac re copiosiora velit, le-
gat Lutherum ipsum in Psal. 17. super ver-
su, Inclinauit cælos &c. Et Casparis. N. li-
bellum de Cursu verbi dei. Itē M. Bucerum
ad Marpurgē. Academiā Articulo 8. ibidē
verò super 9. Arti. quomodo ipsi cum Con-
fessione hac conueniat, intellectu difficilli-
mum est: ita enim disputat, ita sese in om-
nia vertit, vt non cuius sit datum intel-
ligere quid ille effecerit, quid probauerit,
& consentiat ne Lutheranis, an non: Mi-
hi profectò videtur Phœisti in impetere
Zuinglianos, & hoc in Locis piet. postero-
ribus, quando in hæc verba scribit. Sunt
belli quidam homines, qui cum velint
videri ciuilitè interpretari cæremoni-
as, dicunt, SACRAMENTA
non

ARTICVLVS V.

nō esse signa voluntatis Dei erga nos, sed
 tātum notas professionis nostræ: quia ex-
 tare oporteat notas quibus discernamur à
 reliquis gentibus, sicut Romanos toga dis-
 cernebat à Græcis: aut sicut vestitus discer-
 nit Monachos. Sed hæc ciuilis interpreta-
 tio, non satis explicat vsum Sacramento-
 rum &c. Verum hoc negotium alium re-
 quirat locum. Subuereor enim Lutheranos
 & Zuinglianos in negotio Sacramentorum
 omnium non parū dissentire. Et ex Bucero
 apertissimum est, hanc illorum Cōfessio-
 nē certè serio à Zuinglianis Marpurgifuisse
 se impugnatam. Lege si lubet, Bucero ad
 Academiam Marpurgensem: & in Matth.
 cap. 3. Et ad Monasterien: cap. 7. & iurabis
 me nihil hic finxisse. Quàm male porrò au-
 dian Zuinglianorum dogmata, vel vnus
 Melanchthō præ multis suffecerit vt testa-
 tum faciat. Repudianda est, inquit, Zuing-
 glij & similium opinio, qui tantum Ciuilis
 more iudicant de signis, scilicet signa & Sa-
 cramenta tantum notas esse professionis
 inter homines. Hæc ille in Rom: cap. 4. In
 eundem autem locum Bullingerus Zuing-
 glij successor, sic scriptum reliquit, Qui id
 dogmatis ex Rom. 4. transsumunt, quod
 signa

ARTICVLVS. V.

signa externa interioris hominis fidem fulciant, confirment, immò & conferat, quis est qui non videat quàm alienum sit à Pauli instituto? Cæterùm quoniam non est præsentis loci Aduersariorum miras pugnantias sublegere, ad intermissa redire iuuabit. Quod de preparationibus & operibus in Appendice huius Articuli est, non omnino dextrè nec prudenter dictum est. Si enim hoc de infantibus dicunt, quis, obsecro repugnauit vnquàm? Si de adultis quos primitiuæ Ecclesiæ temporibus baptizatos esse accepimus, planè absurdū est. An ne Apostolis dictum, Euntes docete omnes gètes &c. baptizantes eos? Quid porò docuerunt? Vtique pœnitentiam, quo nomine, ni planè hallucinor, & præparationes & bona opera intelligere possumus. Et in Actis, Quid faciemus, Viri fratres? dicunt quidam Petro. Quibus ille, Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrū in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorū, vestrorū & accipietis donū spiritus sancti. Et sequitur, Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt. Sic philippus, Eunuchō illi, post auditū Euangelium petenti baptismū, ait, Si credis ex toto

F

corde

ARTICVLVS V.

corde &c. Apertius est quod de Saulo legitur: Hinc enim dixit Dñs, Surge & ingre-
dere ciuitatem, & dicetur tibi quid te
oporteat facere. Capite item sequenti,
Qui Cornelij illius opera non videt, plane
Cæcus est. Scrutare obsecro scripturas, &
vide num Baptista aliquem, excepto Chri-
sto, baptizarit, qui non antea egerit pœni-
tentiam, & cōfessus fuerit peccata sua. Fa-
cite dignos fructus pœnitentię, inquit, &c.
Item: Baptizabantur à Ioanne in Iordane,
confitentes peccata sua: His ad ieiunium testi-
monia Patrum, Venturi ad Baptismum,
ait Hilarius, prius cōitentur se credere in
Dei filio, & in passione ac resurrectione ei-
us. Et huic professionis Sacramento fides
redditur. Atque vt hanc verborum spon-
sionem quædam rerum ipsarum veritas
consequatur, toto in ieiunijs, Passionis do-
minicæ tempore demorantes, quadam
Domino compassionis societate iungun-
tur. Huic addam Augustinum, qui in
hæc verba scribit. Agunt homines ante
baptismum pœnitentiam de suis prioribus
peccatis, ita tamen vt baptizetur, sicut
Scriptum est, Loquente Petro ad Iudæos, &
dicente, Agite pœnitentiam, & baptizetur

vnufo

ARTICVLVS V.

vnusquisque vestrum &c. Agunt etiam homines poenitentiam, si post baptismum ita peccauerint ut excommunicari, & postea reconciliati mereantur. Totidem verbis Augustinus Epistola 108. ad Seleucianum. Audiamus & Gregorium illum Nazianzenum verum Theologum, Catechumenos suos sic alloquentem. Bona, inquit, erunt tibi auxilia, ad ea quae desideras consequenda, vigiliae, ieiunia, humi dormitatio, orationes, lacrimae, aegritudines, indigentium opitulatio &c. Vide Orationem huius in Sanctum Lauacrum & alteram in Sancta Epiphaniarum lumina, & videbis quid de preparationibus & operibus S. Praesulis sentiat. Multa eius generis habet Diuus Basiliius lib. 1. de Baptismo capite 1. & 2. quae, ne prolixior sum, prudens praetereo. Ab adultis ergo, ut tandem receptui canam, baptizandis, hoc quod adhuc obseruat Ecclesia, requiruntur & praeparationes quaedam & bona opera, quae tamen ab infantibus nemo requirit. Itaque si quis sunt filij pacis & alme concordiae & tranquillitatis querunt Ecclesiae, nec hunc articulum quidem explodent. Meo quidem iudicio magis aduersatur opinioni onibus Zuinglianorum & Anabaptistarum qui

ARTICVLVS V.
adhuc nolunt cristas ponere, quàm nobis
quos per contemptum Pontificios vocat,
Sed hæc hæc haftenus.

*De Bonis Christi fidelium
operibus Articulus
Sextus.*

Item docet, quod fides illa debet
lat bonos fructus parere, & quod
oporteat bona opera, mandata à
deo, facere propter volùtatem dei,
non vt confidamus per ea opera iu-
stificationem coram deo mereri.
Nam remissio peccatorum & iusti-
ficatio fide apprehèditur, sicut test-
atur & vox Christi, Cum feceritis
hæc omnia, dicite, serui inutiles su-
mus. Idem docent & veteres scrip-
tores Ecclesiastici. Ambrosius .n.
inquit, Hoc constitutum est à deo,
vt qui credit in Christum, Salu' sit,
Sine opere, sola fide, gratis accipiès
remissionem peccatorum.

F. Ioan. Hoff.

ARTICVLVS VI.

F. Ioan. Hoff.



VI NOLIT NODVM

quod dicitur, in Scirpo que-
rere, sed potiùs candidè iu-
dicare, etiam in hoc Sexto
articulo, non magnis sudori-
bus inueniet methodum Bonæ concor-
diæ. Iam autem sæpe testati sumus, nos
nolle Aduersariorum traducere antilogi-
as, sed multo magis examinare, quid hîc,
quid iam confiteantur. Confitentur itaq;
Christianos debere bonos fruct⁹ fidei, quæ
est per charitatem efficax, parere, & quod
oporteat bona opera mandata à deo face-
re: & hoc ideo, quia sic sit voluntas Dei,
non vt per ea opera iustificationem merea-
mur &c. Loquuntur autem Aduersarij de
operibus bonis eorum qui iam iustificati
sunt, qui vtique ambulare debent vocati-
one sua dignè, & meminisse se electos, an-
tequàm nec quicquam vel boni vel mali o-
perati sint, ante mûdi constitutionem, vt
essent sancti & immaculati in conspectu
Dei. Cumque essemus mortui delictis &
peccatis nostris in qbus aliquando ambu-
lauimus

F 3

lauimus

ARTICVLVS. VI.

lauimus secundū seculū mundi huius. Deus qui diues est misericordia, ppter nimiam charitatē qua dilexit nos, cōiuiuificauit nos christo, cuius gratia saluati sum⁹: spe nimirum: Spe enim salui facti sumus, sed re ipsa salui erim⁹, cū Christus vita nostra apparuerit: si modo per bona opera, vocationē nostrā certā fecerimus. Preparauit enim deus bona opera, vt in his ambulem⁹: & volūtas Dei est sanctificatio nostra. Et volūtas Dei est, vt bene faciētes obmutescere faciamus imprudētū hominū ignoratiā. Et Paul⁹ ait, nolite fieri imprudētes, sed intelligētes q̄ sic volūtas Dei. Iā, opinor, etiā volūtas Dei est, vt benefaciētes nō dubitem⁹ laborē nostrū nō fore casū: vt credam⁹ etiā eū q̄ calicē aq̄ frigide p̄ Christi nomine exposuerit, nō perditurū mercedē suā: & vnūquēq; receptorū mercedē secundū suū laborē, quādo vnusq; coget ante tribunal christi referre q̄ p̄ corp⁹ suū gessit: Pietas enī ad oīa valet, p̄missio nē habēs p̄sentis vite & futuræ: sic enī Paulus Timo. scripsit. Et volūtas Dei est vt firmiter credam⁹ & cōfidam⁹ oīa bona opera nostra, quātūuis impecta, Deo p̄ Chrm fore gratissima, illūq; coronaturū dona & opera sua in nobis: qm̄ ex nobis ipsis serui inuti

ARTICVLVS. VI.

les sumus, nec sufficimus quicquā boni vel cogitare ex nobis, tāquā ex nobis. Si ergo Aduersarij hoc modo intelligunt opera bona fieri propter voluntatē Dei, hoc est quā ipse velit, ac sic fieri præcipiat: & quod testetur se nostra imperfectione non offendi, sed eā potius gratis cōdonare, nō quia filij Adā nati sumus, sed quia filij Dei regenerati sumus: & quod illa opera magis Spiritus sancti, q̄ nostra sunt opera. Oīa enim sanctoꝝ opera. sicut Lutherus ipse alibi docet, sunt opa Christi in eis regnantis: Si eo inq̄, modo intelligunt bona opera, p̄pter voluntatē Dei fieri, nihil repugnauerimus. Nec arbitror quenq̄ tam stolidum qui dicere audeat, opera nostra coram Deo propter suam ipsorum bonitatem, & ex sui natura accepta esse, nec ipsa egere misericordia & propiciatore Christo, quod ipsum tamen Apologia non veretur Scholasticis impingere: nec tamen ex tāto Scholasticorum numero vnicū producere voluit, quē eius impietatis plerumque insimulat, vnde Philippus vanitatis suspicionem vix effugere potest. Certē Thomas, Petrus, Richardus, Antifiodoren: & alij innumerī longē melius super hac re disseruerunt,

ARTICVLVS. VI.

quàm vt tantę impietatis ab aliquo infimulariqueant. Et qui differentiã meriti congrui, quæ vocant, & condigni posuerunt, non omnino toto cęlo errasse putãdi sunt: hac siquidem particione satis arguunt, unde profluxus ille meritorum sit, quę operibus & promissa sunt, & ex pacto siue promissione debetur. Et multo magis respexerunt (de Scholasticis loquimur) ad euentum meritorum, quàm ad causam, vt ita loquar, meritorum: hoc est, respexerunt magis ad promissionem quàm ad debitum vel valorem operum. Hoc ipsum quod iam diximus, haud dubiè suboluit Philippo, cuius in Apologia hæc sunt verba, Si diceremus, inquit, vitam æternam dici mercedem, quia debetur iustificatis propter promissionem, nihil absurdi diceremus. Sunt enim ordinata inter se hæc dona, sicut & Augustinus dicit, Dona sua Deus coronat in nobis. Sed scriptura vitam æternam vocat mercedem, non quia propter opera debeatur, sed quia compeset afflictiones & opera: & si propter aliam causam contingit. Et cætera in hunc sensum Philippus, quibus paulò post subiicit alia, quibus planè fatetur opera nostra esse meritori

ARTICVLVS. VI.

ritoria præmiorum corporalium & spiri-
 tualium, quæ redduntur tum in hac vita,
 tum post hanc vitam. Hæc ille. Quis obse-
 cro, hætenus huic sententiæ repugnauit?
 Facile vinctes Aduersarios, quos tales tibi
 finxeris. Loquimur & nos ex promissione
 Christi, cuius sermones testantur operib⁹
 bonis repositam esse mercedem. Nisi for-
 san Aduersarij contendendi libidine moti
 agnoscunt mercedem & meritum, nolunt
 tamen vt hæc à nobis expectentur, aut illa
 à Deo regramus. Sic enim in sequentibus
 articulis agnoscunt Diuorum pro nobis in
 tercessionem, vt nihilosecius contra inuo-
 cationem rixentur: quasi. s. nobis pudor sit
 aut piaculum rogare à Diuis quod his ho-
 nos est nobis præstare. Sed hæc aliàs. Ad
 meritorum disputationem reuertimus. Le-
 gimus apud Apostolum, Stipendium pec-
 cati mors: gratia verò vita æterna. At apud 2. Tim. 4^o
 eundem legimus, Certamen bonum certa-
 ui, cursum consummaui, fidē seruauī, in re-
 liquo reposita est mihi corona iustitiæ &c.
 Legimus laborem nostrum nō fore inanē.
 Legimus deum in promissis suis esse fidelē
 ac veracē. Sed hæc ad nauseam vsque exag-
 gerare qd op⁹ est? Hætenus nos, quos pōti-
 ficos

ARTICVLVS. VI.

ficios vocant, locuti sumus S. scripturæ ver-
 bis & pareneses ad bona opera, promissio-
 ne meritorum ac mercedis promissæ quasi
 acuimus: & hoc ob negligentiores qui spe
 mercedis alliciendi fuerāt ad dignam Chri-
 stianis conuersationem. Diximus cum An-
 zaria illo (in quē Spiritus Dei descēderat,)
 ad nostros spiritu Israelitas quibus adhuc
 pugnandum est, vos ergo confortamini, &
 nō dissoluātur manus vestre, erit enim mer-
 ces operi vestro. Statuimus in medio Chri-
 stū seruatorē nostrum dicentē. Merces mea
 mecū est. Et, venite ad me omnes qui labo-
 ratis & onerati estis, & ego reficiā vos. No-
 stræ sentētiæ ad stipulatur & eadē docet Ba-
 cerus ex Chrysofomo & Ambro. in Rom.
 5. Et nisi me fallūt oīa talibus exhortationi-
 bus plus profecimus, q̄ Lutherus suis con-
 suetis & impijs hyperbolis, vt hæc est in Io-
 nā suū cap. 1. Exēplum, inqt, habemus in Io-
 na, vt rectē discamus vim misericordiæ &
 gratiæ Dei, ne nostris meritis fidamus, aut
 demeritis terreamur: & sciam⁹ neq; in pec-
 catis nos dānari, neq; bonis operib⁹ salua-
 ri. Et in iisdē comētarijs idē inqt, Opera nos-
 tra nihil sunt, nihil valēt corā Deo, sed De⁹
 vult vt credamus sola misericordia & gra-
 tuita

Pag. 139.

ARTICVLVS. VI.

tuita bonitate, absq; meritis & operib⁹ nostris nos saluari & iustificari. Haftenus Lutherus, verbis nostro quidē saeculo satis blādiuulculis. Hijs subijciemus Catholicū Antidotū ex D. Hilario q̄ inter alia in Psal. 14. scribit. Habet hoc quidē iusticia verecūdię, vt quicqd aliud sibi beatitudinis sperat, id p̄ magnificētia dei potius, quia Deo beata & æterna & bona tribuere sit dignū, quàm pro merito suo postulet: sed tamen pręferēs honorem & misericordiam Dei, **MEREN DI QVOQVE ID PER SE NON EX-CLVSIT OFFICIVM.** Nam cum viuificādu sit (propheta) viuificandus tamē est in æquitate: q̄a **ÆQVVM** sit vitā retribuī stipendijs sanctitatis, haftenus ille. Et quidem in superioribus dixerat, Competēs illa humanę verecūdię p̄fessio est, vt quòd per Spiritum Dei in terram rectam deducēdus sit, id non meriti sui esse arroget, neq; per Satisfactionem pij obsequij id sibi postulet, &c. Tamen postea docet etiam vitā æternam meritis nostris dari, & hoc ideo, quia Misericordia Domini non sit indiscreti vel confusi iudicij &c. Et in Psal. 129. idem Hilarius scribit. Ille quidem (Prophe-ta) vt perfectus **OPERARIVS** à custodia
matu-

ARTICVLVS VI.

matutina vsq; in noctem sperauit. Sed ad
spem omne tempus est liberum, & mercede
dem **NON OPERIS**, sed misericordie,
vndecimæ horæ operarij cōsequentur. Hęc
quidem ille, qui ex Catholicis non habet
vllum contradictorem. Quis enim non vi-
det quàm prudenter, quàm piè, quàm om-
nia in loco? Sic prædicat misericordiam, vt
neminem ad torporem deiiciat. Sic prædi-
cat meritum vt neminem ad arrogantiam
stimulet. Et hæc quidem sufficere possent
pro examinatione huius articuli. Verū A-
pologia nusquam non traducit, diligentes
potius & studiosos quàm curiosos Schola-
sticos, videor mihi operę præmium facturū,
si horum apposuerō sententiam de meritis,
quam nec impiè nec temerè tractauerunt
in scholis suis.

Meritum, sicut etiā suprà admonuimus,
Scholastici secant in meritū congrui, & in
meritum condigni. Meritum condigni illis
vocatur actus à voluntate elicited, ad præ-
mium alicui, secundum debitum iusticiæ
retribuendum. Consistit autem iusticia illa
in quadam proportione meriti ad præmi-
um & æqualitate, vel ex natura ipsius, vel
ex ordinatione, vel ex pacto & cōuentione.

Merit

ARTICVLVS. VI.

Meritū autē de cōgruo, est actus liberè elici-
 tus, acceptat⁹ ad aliqd retribuendū, nō ex
 debito iusticiæ sed ex solo acceptatis libe-
 ralitate. Hacten⁹ illi apud P. Lōgobardū lib.
 1. d. 17. Quæst. 3. & lib. 2. d. 27. Quæst. 3.
 In his quid impietatis sit, aut dispeream, nō
 video: maximè cum vbiq; illi arguant & te-
 stentur dignitatem operum, aut horū meri-
 tum, nō pendere ex interna & naturali bo-
 nitate, sed ex gratia cooperante, & gratui-
 ta acceptatione diuina (Sic enim Scholasti-
 ci loquuntur) qua ab æterno voluit, actum
 sic elicited esse dignum tali præmio. Et ad
 hoc allegant D. Augustinum sic dicentem,
 Cum coronat Deus merita nostra, nihil a-
 liud coronat quàm dona sua. Quæ autē in
 sacris literis contradicere videntur præmis-
 sis, satis grauitè & eruditè dissoluunt ac di-
 luunt. Scripturas illas puta, quæ meritis in
 speciem pugnare videntur: Non sunt con-
 dignæ passiones huius temporis &c. Quasi
 pannus menstruate, omnes iusticiæ nostræ.
 Cum feceritis omnia &c. dicite, serui inu-
 tiles sumus. Has, inquam, & similes scriptu-
 ræ sententias docent intelligendas contra
 dignitatem operum, quantum ad seipsa,
 non quantum ad pactum & acceptationē
 Dei,

Ad Sixtū
 Episto. 105
 Vide Au-
 gustinū in
 Psal. 100.
 Et in Ioā.
 Tracta. 30

ARTICVLVS. VI.

Dei. Et hucusq; Scholastici: Quod si alicuius
 ius animū libido incessit cornicum quod
 dicitur, oculos cōfigere, suo relinquatur iu-
 dicio. Addo, Obscurum non esse quod no-
 stri multis in locis publicè & scripserunt
 & verbo docuerunt quis debeat esse præ-
 cipuus Operatorum scopus: ita scilicet
 vt nostra opera potiùs gratiarū actio, quàm
 quædam inter Deum & homines commu-
 tatio dicēda sit. An ne vnquā auditum est à
 nostris, Deum diligendum esse propter se
 metipsum, pximum autem propter Deū?
 Huic adiecta illa partitio etiam de timore
 casto & seruili, quam D. Augustinus non
 semel tantū, suis popularibus sermonibus
 & Tractatibus immiscet. Diximus cū Na-
 ziāzeno illo Antistite, Operare bonū, quo-
 niā bonum est patri obedire: nā hoc ipsum
 merces tibi erit, vt patri gratificeris. Et ibi-
 dē propter bona opera tibi haud applaude,
 nec immoderatè attollaris &c. Et Sermo
 ille D. Bernardi de Annūciatione B. Marię
 virginis in oīm manib⁹ versat, in quo mul-
 ta p̄clara de bonis operibus & eorū meritis
 Nos pauca q̄dā excerpere iuuat. Necessē
 est, inqt, primo oīm credere, q̄ remissionē
 peccatorū habere nō possis nisi p̄ indulgen-
 tiam

Chrisost.
 Homi. 3.
 in Matte,

Ora. 8. in
 S. Lauacrū

ARTICVLVS. VI.

tiā Dei. Deinde quod nihil pr̄sushabere q̄
 as operis boni, nisi & hoc dederit ipse. Po-
 strenò q̄, æternā vitā nullis potes operi-
 bus, p̄mereri, nisi gratis detur & illa &c. Et
 paulò p̄ost. De operibus verò bonis certum
 est oīo, quod nemo hæc habeat à semetip-
 so. Nā si stare nō potuit natura adhuc inte-
 gra, quāto min⁹ poterit p̄ se ipsā resurgere
 iā corrupta? Et rursū. Neq; talia sunt homi-
 nū merita, vt p̄pter ea vita æterna debeat
 ex iure, aut Deus iniuriā aliquā faceret, nisi
 eā donaret &c. Sed hæc suffecerint, q̄ etiā
 satis testatur quæ nā fuerit hæcten⁹ doctrina
 in Ecclesia n̄ra Catholica de bonis operib⁹
 & horū meritis, vt nō fuerit necesse Philip-
 pū plaustra conuictorum in vniuersam ia-
 cere Ecclesiā. Nota etiā est sententia Diui
 Chrysostomi dicentis. Sanctorum anime,
 de Deo qui dedit, magis quā de donis
 gaudent. Non enim ipsum propter ipsius
 dona, sed hæc propter illum diligunt. Et i-
 bidem, Si quid boni fecerimus, non gau-
 deamus propter regna cælorum, sed quo-
 niam rem cælorū Regi gratam gessimus,
 et alibi. Maior erit merces, si bonum non
 spe p̄remij feceris. Quid enim opus est de
 mercede verba facere, p̄m̄iumque operis
 curiosa

Homi. 74

ARTICVLVS. VI.

curiosè spectare? Mercenarij magis est hoc
quàm grati & ingenui famuli. Oportebat
enim omnia propter Christum facere, non
propter mercedem. Vide, o bone, qualis ab
initio, & vsq; in hunc fuerit ecclesiæ doctri-
na, & desine post hac Nouis illis Apostoli-
tam temerè credere, maximè cum de sua
doctrina tam vanè gloriantur, & Ecclesiæ
nostræ doctrinam tam crudeliter insectan-
tur. Sed quid tandem dicemus? Quid opus
est longa disputatione in re luce clariora?
Apologia ipsa fatetur, id quod & paulò an-
tè attigimus, opera nostra bona verè esse
meritoria tū corporalium, tū spiritualium
præmiorum, quæ redduntur tum in hac vi-
ta, tum post hanc vitam: & tamen negat ea
ipsa mereri remissionem peccatorum, qua
sola accepta, non potest non patere aditus
ad vitam æternam. Et nihil, nisi non remis-
sa peccata, nos vita æterna excludunt. Au-
dire oportet ex Schola Philippi Sarcarium
illū & videre vtrum nobiscum sentiat. Vi-
tam æternam esse recompensationem bono-
rum operum, nō ex proprio debito, sed
quia Christus promisit recompensationem
misericordiæ & charitatis operibus. Hæc
ille, Possè hic receptui canere, quod quidē
ad

Luc. 14.

ARTICVLVS. VI.

ad merita operum attinet, nisi putarem in rem nostram facere si etiam Butzerus in hoc loco, hac de re audiatur. Bona opera causas esse beneficiorum Dei, cum id Deus passim in Scripturis testetur, non potest ambigi: Et iterum. Scriptura nusquam non mercedem bonis operibus promittit. Et paulo post. Omnino igitur probè facta, causas sunt, ut Deus nobis beneficiat, sed **NON PRIMAE**, nec per se, verum secundariae, & id etiam ex vltione beneuolentia Dei. Et rursus idem, Proinde indubitatum fuerit, inquit, apud Sanctos, quæ piè recteque homines faciunt, causas esse cur illis Deus, præterea beneficia sua conferat, meritaque rectè vocari, ita ut merces vocatur id, quod Deus illis repedit &c. Et hætenus quidè ille: quod si bene dicit, ut certè non malè dicit hoc maximè in loco, non video qui possit quisquam Scholasticos alicuius impietatis insimulare. Et D. Thomas Aquinas, quem pe-

Prima
Sec. II 4.

nè præterieram, fatetur totum quod est hominis bonum, esse à Deo, nec posse illum mereri quicquam vltra id quod deus ex vltione bonitate per se decreuit bonis operibus rependere, ad quæ, tantum ipse nos excitat & mouet, eaque perficit &c. Hæc Tho-

G

mæ

ARTICVLVS VI.

in sententia sic placuit Bucero, vt eam ipsam Responsioni suæ ad Episcopum Abri-
mè: inseruerit. Hæc igitur sunt quæ habu-
imus super hoc Sexto confessionis Ar-
ticulo.

De Ecclesia Catholica Ar- ticulus Septimus.

ITEM docent, quod vna Sancta
Ecclesia perpetuò mäsura sit, Est
autem Ecclesia congregatio sancto-
rum, in qua Euangelium rectè do-
cetur, & rectè ministrantur Sacra-
menta. Et ad veram vnitatem Eccle-
siæ, satis est consentire de doctrina
Euāgelij & administratione Sacra-
mentorum. Nec necesse est vbiq̄
esse similes traditiōes humanas, seu
ritus aut cērimonias ab hominib⁹
institutas. Sicut inquit Paulus, vna
fides, vnum Baptisma, vnus
Deus & pater omni-
um & cæt.

F. Ioan Hoff.

ARTICVLVS VII.

F. Ioan. Hoff.



VAE hic articul^o habet, mihi per omnia probantur, licet quædam desiderem quæ ad præsens negotiũ ab Aduersarijs merito fuissent adiecta, hoc quod in sequentibus aperire stauimus. Quod autem Cõfutatores, quos vocant, hoc articulo non nihil fuerint offensi, causam puto, quod veterum scriptorum, quæ Aduersariorum nomine hæten^o prodierunt, obliti sunt minimè: & ob id non iniuria subueriti sunt ab illis non nihil fucarè fieri. Nam velint, nolint Aduersarij, coguntur fateri, se suosque non omnino purè tractasse nomen Ecclesiæ: immò ex hijs sunt qui etiam Ecclesiæ appellationem abolitam esse optauerunt. Iam cur nihil hoc articulo offendar, rationem reddam: & hæc est, quod omnes huius partes, piè & candidè interpretatæ, Ecclesiæ aut nihil aut parum præiudicare videntur. Sentum nostrũ sic habet. Aduersarij vnã volũt habere Ecclesiã, quã neq; nos partã vel multiplicatã volum^o. Eccl^{ie} lib. 2. Epif. aclesienĩ catho, vna esse potest, ait cypria. 12.

G . 2

scindi

ARTICVLVS. VII.

De utilita.
Credē, c. 7

Ephe. 5.

Lib. ca. 14.

scindi vel diuidi non potest. Et D. Augusti-
nus. Vna est Catholica Ecclesia cui Hærea-
ses aliæ, diuersa nomina imponūt, cum ip-
sæ singulæ, proprijs vocabulis, quæ negare
non audeant, appellentur. Hæc ille. Hanc
verò Ecclesiam sanctam esse symbolum fi-
dei nostræ, etiam iuxta Scripturę sensum,
apertissimis verbis fatetur. Christus enim
dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro
ea, vt illam sanctificaret, ait Apostolus. Ter-
tiò hanc perpetuò mansuram, quis negat?
Hinc Alexander ille Constantinopolitan⁹
Pont. in Tripar. Histo. Ecclesia catholica
& Apostolica inuincibilis est, licet omnis
mundus aduersus eam pugnet, & victrix
totius impietatis aduersæ existit, securos
nos faciente patrefamiliās eius, cum cla-
mat, Habete fiduciam: Ego vici mundum
&c. Et Chr̄s Ecclesię summū caput, fatetur,
immò & pollicetur, inferorum portas con-
tra illam non præualituras. Quartò vocat
Eccle: Sanctorum congregationem: in quo
nihil peccant siue de viuis, siue de putria-
dis vel mortuis membris intelligas: nam v-
traque membra ab Apostolo sancta sunt
vocata. Quamdiu enim in hoc mūdo sunt,
ad sanctificationem sui possunt habere
accessum,

ARTICVLVS VII.

accessum, quotquot Ecclesiæ, fide, & dilectione & sacramentorum participatione semel inserti sunt. Et Sanctorum appellatio omnibus & singulis qui Christiano censebantur nomine, ab Apostolis attributa est. Quomodo verò mali sint in Ecclesia alibi dicemus. Quintò adijciūt in Ecclesia Euangelium rectè doceri: & hoc verū est. Nam vtcunque Hæretici iactitent se habere Euangelium, se habere genuinam. S. literarum interpretationem, tamen in sola sancta Ecclesia Catholica & Apostolica rectè habetur euangeliū, & in ipsa rectè & vtiliter docetur euangelium. Totidem verbis respondemus de vsu & vero vsu Sacramentorum. Hæc enim etiam apud Hæreticos sunt, sed apud Hæreticos non prosunt, id quod non in vno loco tantum D. docet Augustinus. Hijs addunt Aduersarij, Non esse necessum vbiq; similes haberi traditiones humanas, seu rit⁹ aut cæremonias ab hominibus institutas. Neque hæc mihi displicuerint. Quis enim ignorat Sententiã D. Gregorij Pont. (quem illi per contemptum Cæremoniarum Magistrum appellare solent,) qui sic ad Leandrum scribit, In vna fide, inquiens, nihil officit Ecclesiæ sancte,

ARTICVLVS. VII.

Ad lucini-
um, Consuetudo diuersa. Et D. Hieronymus
ille, qui & ipse non pauca scripsit aduer-
sus Vigilantios, & Luciferianos in fa-
uorem cæremoniarum. Ego te illud bre-
uiter admonendum puto, inquit, tradi-
tiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fi-
dei non officiant, ita obseruandas, vt à
maioribus traditæ sunt: nec aliorum con-
suetudinem, aliorum contrario more sub-
uerti. Quæ Diuus Augustinus ad Ianuariū
suum hac de re scripsit, notiora sunt, quàm
vt negari possint. Quod neq; contra fidem
inquit, neque contra bonos mores inin-
gitur, indifferenter est habendum, &
pro eorum inter quos viuatur societate
seruandum. Sed de traditionibus huma-
nis & Cæremonijs Ecclesiarum differen-
tibus, suo loco à nobis disputabitur.
Artic, 154 Hæc, ni fallor, summa est huius sepa-
timi Articuli, cui adieci rationes & pa-
trum autoritates, quare mihi singula pro-
bentur, & quare & his Ecclesiæ notis
nullam improbare debuerim. At hæc non
suffecerint ad veram & infallibilem, illius
veræ, sanctæ, & Catholicæ Ecclesiæ
quam quærimus, cognitionem: quoniã hic
nihil à nobis dictum est quod ad se rapere
non

ARTICVLVS. VII.

non possint pestilentissimi etiam Hæretici, pro vt solet se Angelus Sathanæ in Angelum lucis subinde transfigurare. Quis enim nesciat vetustissimam esse & semper fuisse inter veros Christianos, & vastos hæreticos controuersiam hanc, Vbi nam, & apud quos huiuscemodi sit vera Ecclesia: duabus præsertim Ecclesijs inter se differantibus, & vtrisque asserentibus se vel in fide Saluatoris Iesu permanere, in Euangelicis Apostolicisque doctrinis, in vera fide Christi, in Christianorum vera religione. Aetate & seculo Tertuliani & Irenæi, hæretici à vera Ecclesia se separantes, apud se esse Ecclesiam dixerunt. Sic post hæc tempora (vt D. Cyprianus ait) Novatus Simiarum more, quæ cum homines non sint, homines imitatur, voluit Ecclesie Catholicæ autoritatem vindicare: & cum ipse in Ecclesia non esset, sed cõtra Ecclesiam rebellis foret, hoc vnũ sibi vèdicabat, quod cæteros faciens Hæreticos, apud se esse Ecclesiã diceret. Sic & D. August. cõt. Donatistas, eadem docet suo seculo accidisse. Controuersia hæc inter nos est, inq̃t, Vbi vera sit Christi Ecclesia, vtrum apud vos, an apud nos? Sed qm̃ hæc indubitata

August.
de utilitatibus,
creden.
cap. 7.

Ad Iubaianum.

Cõt. Peti-
lia: Episto-
c. 2.

G 4 & certa

ARTICVLVS VII.

& certa sunt, his talibus tantorum patrū testimonijs cōtenti simus: & negotiū hoc totū alitū repetamus, Articulus igitur huius confessionis septimus hoc in summa habet, vnicā & Sanctā esse Ecclesiam, eādēq; perpetuò mansuram, esse item hanc Sanctōrum congregationem, in qua rectē annuncietur Euange. & rectē administrentur Sacramē. &c. Bene se habet. An ne eadem verissima esse fatentur multorum temporum complures Hæretici? Patrum sententias iam audiuius. Quid item Sacramentarij vestri, quid Anabaptistæ vestri in miserrima hac Ecclesiæ turbatione iactauerint, Apologiæ authori notius est quàm velit. Addit quidem, ceu diximus, veras esse ecclesiæ notas veram Euangelij doctrinam, veramque Sacramētorum administrationem: Sed & hæc omnia apud se esse longè omnium verissima & vtiliss. plenis buccis crepant omnes omnium seculorum Hæretici: hoc tam verum est, vt nullis egeat certioribus demonstrationibus. Si enim Hæretici de suis scriptis dicerēt, Hęc sunt pestifera verba ex venenoso fonte (Augusti. verba sunt cōt. Manichæos) quæ qui audierit, & eisdē primū crediderit, deinde q̄ insinuāt custo-

Cōt. Epil.
Fūdamē.
ca. 11.

ARTICVLVS. VII.

stodierit, nunquam erit vitæ restituendus
 & c. Si talia inquam, illi de suis scriptis di-
 cerent, Quis, obsecro, talia Scripta ample-
 teretur? immò quis non abominaretur?
 Rectè ergo Hilarius, de Scriptura, inquit,
 non est Hæresis, sed de sensu Scripturæ. Sic
 de administratiõe Sacramentorum par est
 ratio. Quid olim Donatistæ, de suo bap-
 tismo? Quid Valentiniani de sua Eucharis-
 tia? Quid item Messaliani de Eucharis-
 tia? Quid nostra ætate Sacramētarij? Quid
 Anabaptistæ? Quid alij quos enumerare lō-
 gum esset? Certè Donatistæ, sicut apud D.
 Augustinū legis, dicebāt Christianū nomē
 perijsse de tot Gētib⁹, in orbe terrarū, & in
 sola Africa remāsisse. Ergo hæten⁹ cōtro-
 uersia est, quinā sint illi qui Euāgeliū verè
 docent, & qui verè habent verum vsum Sa-
 cramentorum. Quod negotium hoc ad re-
 gulam Euangelij retuleris, iam redibit cir-
 culus ad caput. Qui enim tibi negant verā
 Sacramentorum administrationem, nihilo
 facilius tibi tribuent veram Euangelij in-
 terpretationem: nam alterum ex altero se-
 qui videtur, vt qui hoc verè habeat, illo ca-
 rere non possit. Vides hīc, opinor, quā
 insufficiens sit huius Ecclesiæ definitio, q̄

G s con-

ARTICVLVS. VII.

Confessionis vestrae articulus habet. Ergo in eiusmodi controuersijs bene considerandum est, quod nam Asylum, quod Suffugiū Patres orthodoxi habuerunt, ubi tanquā in tutissimo portu, hæreticorum figmenta contēnere, immò explodere & exhibilare potuerint. Quicquid enim de Euangelio & Sacramētis dixeris, nam hoc mihi sæpius repetendum est, hoc ipsum ab Hæreticis audire cogēris. Tam certò enim nouerunt Hæretici summam auctoritatem scripturae sacrae apud Christianos esse, ut nonnulli illorum maluerint dicere Sacras Scripturas (quæ scilicet ipsorum dogmatis aduersabantur) à falsarijs esse corruptas, quàm scripturam non esse audiendam. Hæc uel ex vno Augustino discere licebit. Quis enim nesciat quæ Faustus Manichæus in Euangelicis & Apostolicis literis calumniatur, tanquā subditicia & à falsarijs adiecta? neque enim ausus fuit eleuare apud Christianos auctoritatem scripturarum. Sed ut videretur Christianus esse, pollicebatur se potius Euangeliorum auctoritatem vindicare quàm pati ut sic ab Hæreticis (hoc nomine intelligebat Christianos) adulterarentur.

August. de
utilitate
Creden.
cap. 3.

ARTICVLVS. VII.

terarentur ac deprauarentur. Iam qua-
 lia quidam illorum habuerint Sacramen-
 ta, ex Iræneo, Eusebio, Augustino, &
 alijs id genus discere potes. Hæc igi-
 tur cum ita sint, quid faciendum? Quo
 confugiendum? Vbi certæ notæ Ecclesiæ
 Catholicæ? Imò vbi ecclesia ipsa, in qua
 sola vera doctrina Euangelij, & vera Sa-
 cramentorum administratio? Augustinus
 sibi vendicat Ecclesiam, eandem sibi ven-
 dicat Donatus. Augustinus iactitat veram
 Euangelij interpretationem, & verum Sa-
 cramentorum vsum. At totidem verbis, re-
 sonabilis Echo, respondet Donatus. Ean-
 dem cantilenam iam à Sacramentarijs &
 Catabaptistis sæpe audiuius. Imò de
 hoc solo iam controuertitur inter Lu-
 theranos, & pontificios. Liceat mihi hoc
 abuti nomine. Nam vtra pars conuicerit
 infallibiliter apud se esse veram atq; sine-
 ram Euangelij doctrinam, legitimamque
 Sacramentorum administrationem, cer-
 tè alteram hæreseos conuicisse certissimū
 est. Inter has etenim partes videmus Chri-
 stianam fortitudinem, & Hæreticam per-
 tinaciam configere, Cum itaque res sic
 se ha

se ha

ARTICVLVS. VII.

se habeat, id quod etiam vetustiss. Tertullianus iam olim probauit, attende obsecro, diligenter & vide quo nam confugerint Sacrosancti Catholici patres in disputationibus suis contra Hæreticos. Prima quidem arma ex Sacris Biblijs deprompta fuerunt, quæ cùm etiam ab Hæreticis subdolè depromebantur, sic vt nō nūquam dubia videretur simplicioribus pugna, tum concursus est ad Catholicis. Quo? Ad D. Petri Cathedram hoc quod satis probant tot vetustissimorum ac Sanctiss. Doctorū monumenta doctiss. Ex horum ergo ecclesiæ columninum bene magno numero, D. Augustinum audiemus. Multa sunt, inquit, quæ me in Ecclesiæ gremio iustissimè tenent. Tenet me consensus populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata: tenet ab ipsa SEDE PETRI APOSTOLI, cui pascebas oves suas post resurrectionem suam Dominus comendauit, vsque ad præsentem Episcopatum SVCCESSIO SACERDOTVM. Tenet postremò ipsum CATHOLICAE nomen, quod non sine causa inter ceteras multas Hæreses ista Ecclesia SOLA obtinuit. Haftenus ille aduersus epistolam Manichæi

ARTICVLVS. VII.

nichęquam Fundamentum vocant, ca. 4.
 Contra literas verò Petilianı lib. 2. cap. 51.
 ait. Quid tibi fecit CATHEDRA ECCLES-
 SIAE ROMANAE in qua PETRVS SE-
 DET, & in qua hodie ANASTASIVS sedet
 &c. Eiusdem sententię est D. Hierony. qui
 ad Damasum papam prouocat, dicēs, Ca-
 thedram Petri, & fidem apostolico ore
 laudatam, mihi censui consulendam: in-
 de nunc meę animę postulans cibum, vn-
 de olim Christi vestimenta suscepi &c.
 Sic Chrylōstomus dū periclitaretur, ad In-
 nocentium Papam prouocat. Sic D. Atha-
 nadius, ad Iuliū Papā Rom. appellat. Quod
 si vetustiora quæras, audi Tertulianum
 prædictis per omnia subscribentem. Apost-
 oli, inquit, primò per Iudæam contestata
 fide in Iesum, & Ecclesijs institutis, de-
 inde in Orbem profecti, eiusdem fidei
 doctrinam Nationibus prouulgarunt: &
 Ecclesias apud vnāquamque ciuitatem
 condiderunt, à quibus radicem fidei, &
 suam doctrinam cæterę exinde Ecclesię
 mutuataę sunt, & quotidie mutuatur vt Ec-
 clesię fiant: & per hoc & ipsę Apostolicę
 deputatur, vt soboles Apostolicarum Ec-
 clesiarum, vt omne genus ad originem suā

Triparez'
 Histo.
 lib. 4. cap.
 15.

gen.

ARTICVLVS VII.

Lib. 4. c. 57
& 43. Item
lib. 3. ca. 3.

cenfeatur, &c. Si tibi columina hæc Eccle-
fiæ minimè fatisfaciunt, fubijciam vel ex
abundanti non contemnendum Præfulem
Irenæum, cuius aduerfus valentinū Hæreti-
cū funt quæ iā continèter fequuntur. Agnia-
tio vera, inqt, eft Apoftolorum doctrina, &
ANTIQUVS ECCLESIAE STATUS, in
vniuerfo mundo, & in charactere corporis
Christi, fecundum **SUCCESSIONEM E-**
PISCOPORVM, quibus illi eā quæ in vno-
quoq; eft, Ecclefiā tradiderunt, quæ puenit
ad nos &c. Hæc ille. Ex his, ni male iudico,
fatis liquet quò patres, quibus cum Hære-
ticis res fuerit, cōfugerint, nimirum ad Ca-
thedram Petri, ad fucceffionem & tradu-
cem patrum & Epifcoporum, ad confen-
fum deniq; Catholicæ Ecclefiæ. Igitur qui-
bus lufus hæcenus fuit Cathedram Petri,
& patrum pias cogitationes contemnere,
videant, videant quod & male illos mane-
at iuditium. Audiant, immò & timeant Sē-
tentiam D. Cypriani, quæ fic habet, Neque
aliunde hærefes obortæ funt, inquit, aut
nata funt fchifmata, quàm inde quod Sa-
cerdoti Dei non obtemperatur. Nec va-
nus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad
tempus iudex **VICE Christi cogitatur** &c.

Li. 1. Epi. 3.

Sed

ARTICVLVS VII.

Sed quid multis? Inspiciantur ac exami-
nentur acta veterum Conciliorum, diligen-
ter item excutiantur Priscorum Episco-
porum lucubrationes, & non magno labo-
re inuenire dabitur, quibus notis, quibus
indicijs cognosci ac discerni possit San-
cta Catholica Ecclesia ab adulterina: qui-
busque notis probandum sit, vtra pars syn-
ceram conseruet Ecclesiae doctrinam, &
vtra pars administret Sacramenta iuxta ve-
ram ac legitimam administrationem. Hæc
mihi eo dicta sint, vt de his diligentius co-
gitandi aduersarios admoneam. Scripse-
runt Patrum & nostro sæculo de Eccle-
sia & huius autoritate multi multa: at ex
media quasi ætate propter breuitatem &
methodum mihi placet, vt qui maximè,
Vincentius ille Lyrinensis. Ex Neoteri-
cis, quos quidem videre mihi datum est.
Ioannes Driedonus Louaniensis Theolo-
gus, Albertus Pighius, Cornelius crocus,
& alij quos enumerare longum esset.

Ex his qui volet copiosiora legat, nos
breues esse studemus. Quod porro ad
Sacramentorum vsum, & traditiones hu-
manas adtinet, suo loco, non occulta-
bimus sententiam nostram. His ergo arti-
culum

culum

ARTICVLVS VII.

culum hunc septimum absolutū volumus.
Diximus autem ipsum sana quidem habere,
sed non sufficientia, hoc quod suo ordi-
ne putamus sufficienter demonstratū. De
Dominus vt ab Ecclesia nostra sancta &
Catholica nunquam alienemur, & si qui ab
illa aberrarunt in tempore ad illam redeant
vt tandem fiat vnus Pastor & vnum ouile.
Tritum est, nec minùs verum illud Cypria-
ni. Non potest habere Deum Patrem, qui
non vult habere Ecclesiam matrem. Et hec
quidem hactenus pro mediocritate nostra

^{que}
DE VIRTUTE, A DEO
que & vsu Sacramentorum
Articulus Octauus.

QVanquã Ecclesia propriè sit
congregatio sanctorum & ve-
rè credentium, tamen cum in hac
vita multi hypocritæ & mali admi-
xti sint, licet vti Sacramentis, quæ
per malos administratur, iuxta vocem
Christi, Sedent Scribæ & Pharisæi
in Cathedra Moyfi &c. Et Sacra-
menta

ARTICVLVS. VIII.

menta & verbum propter ordinati-
onem & mandatum Christi sunt
efficacia, etiam si per malos exhibe-
antur.

Damnant Donatistas & similes,
qui negabant licere vti ministerio
malorum in Ecclesia, & sentiebant
ministerium malorū inutile & in-
efficax esse.

F. Ioan. Hoff.

Scr



IN HVNC ARTICVLVM
seriò haud dubiè probaue-
runt Nostri, sicut & meritò
debuerūt. At quomodo hic
articulus cum alijs Aduer-
sariorum dogmatis conveniat, solerter iu-
dicandum est. Nos omnia candidè exami-
nabimus. Primum itaque omnium ad Sep-
timi & Octavi articulorum maiorem dilu-
cidationem facere videtur, si hic adnota-
uerim⁹, an mali sint in Ecclesia, & quomo-
do sint in Ecclesia, siue de ministris Ec-
clesiæ, siue de alijs in genere qui Christia-
no censentur nomine. Et Apologia qui-

H

dem

ARTICVLVS VIII.

dem, quod ad hoc negotium adinet, nihil
dissimulauit, sed rem planè exposuit, ut
hic forsan actum agere à multis videar,
Sed paucis me hinc expediam. D. Augusti-
nus libro 7. contra Donatistas cap. 51. do-
cet esse in Domino dei seu esse in Ecclesia, bi-
fariam dici: vno modo esse in ea tanquam
membrum in compage iusticię, particeps
videlicet spiritualis vitę, hoc est, coherens
cæteris membris in spiritu charitatis. Alio
modo esse in Ecclesia, est adhærere mem-
bris Ecclesię, sicut palea tritice. Sic omnes
qui habentur tanquam Sacramento fidei vi-
sibiliter ascripti Ecclesię, secundum pacem
quandam, corporaliter cum Christiano
populo conuersantes, dicuntur esse in Eccle-
lesia donec vel iudicio Ecclesię separen-
tur, vel sua sponte exeant, ipsam Eccle-
siam contemnentes & persequentes. Hęc
ex sententia Diui Augustini, qui eadem
multis in locis contra Donati hæresin scri-
psit. Est & in locis posterioribus Philippi
eadem sententia, quam nō grauabor adscri-
bere. Sic autem loquitur, Ecclesia in scriptu-
ris interdum in genere significat congre-
gationem oīm qui profitentur Euāgelium,
& nō sunt excōmunicati, in qua p̄miscuē
boni

ARTICVLVS. VIII.

boni & mali sunt, sicut scriptum est: Simile est regnum cęlorum sagenę missę in mare. Verum est enim, malos non excommunicatos mębra esse Ecclesię, secundũ externam conuersationem, & signa exteriora. Sed Ecclesia proprię & principaliter significat congregationem iustorum, qui verę credunt Christo, & sanctificantur spiritu Christi. Hactenus ille & quidem iuxta fidem Ecclesię Catholicę. Adijcit deinde certas notas, sic enim loquitur Philippus, verę Ecclesię, purum verbum Dei, & legitimum vsum Sacramentorum: sed de hijs auditum est. Iam de administratiõne Sacramentorum, opinor, nulla erit digladiatio, de hoc inquam, quod dicunt Sacramenta efficacitiam esse, etiam si per malos administrętur: nam & hanc disputationem magno labore, nec minori cum laude absoluit iam olim Diuus Augustinus, addens etiam hoc: Extra Catholicam Ecclesiam non nunquã vera haberi Sacramenta, sed extra Ecclesiam, neque salubriter, neque vtiliter haberi. Sacramenta, inquit, tam debita veneratione prosequimur, vt ea, etiam si ab indignis tractata fuerint, illis sua peruersitate damnatis, illa intemerata

ARTICVLVS. VIII.

sanctitate permanere demonstramus. Et alibi. Nihil prodest hæreticis ad salutem quod extra Ecclesiam verum baptismum, per ignorantiam & tradunt & tenent, immò & obest ad damnationem, quod in Sacrilega iniquitate erroris humani, etiam diuini sacramenti, non per quem munden- tur, sed per quem seuerius iudicentur de- tinent veritatem. Hęc ille de vnico Baptis- cap. 6. Sed longè explicatius loquitur cõt. Donatistas lib. 5. cap. 21. Sacramentum gra- tiæ, inquit, dat Deus per malos, ipsam verò gratiam, non nisi per se ipsum, vel per san- ctos suos. Et hætenus quidem D. Augusti- ni, vel potius Ecclesiæ Catholicæ, cuius il- le interpret est, sententiam super hoc ne- gotio recésuimus: nec opus est, vt in re nõ dubia, vtamur testibus nõ necessarijs. Ex Græcis si lubet audi Chrysofomi Simium Theophilactũ illũ, per Sacerdotes, inquit, etiam si indigni fuerint, operatur gratia, & Sanctificatur omnes, etiam si indignus fu- erit Sacerdos. Hęc ille in Lucæ cap: 9. Pa- ria inuenire licebit apud Nazianzenum o- ra: in. 5. Lauacrum. Quod verò ad vim & efficaciam Sacramentorum adinet, ve- reor Ecclesię cum Aduersarijs parum con- ueni-

Vide Au- gust. lib. 2. cõt. Epist. Parme. ca. 21. Et cõt. Crelconiũ Gramati- cum lib. 2. cap. 10.

ARTICVLVS. VIII.

uenire, tum ob Lutheri aliquot paradoxa
& illa tam priora quàm posteriora, tum e-
tiam ob Marpurgense colloquium, quod
Bucerus examinat. Verùm examinem⁹ &
trutinemus quod isti scribunt, Sacramenta
propter ordinationem & mandatū Chri-
sti esse efficacia etiam si per malos exhibe-
antur. Iam si per verbū & mandatū Chri-
sti efficacia sunt, quæstio suboritur, in qui-
bus vel qualib⁹ vim suā exerāt? an citra o-
mne discrimen tā in bonis q̄ in malis? an ve-
rò tantū in bonis? Si in bonis tātū? ergo ma-
lorū malitia, vis & efficacia Sacramentorū
cassatur. Si in bonis & in malis indifferēter
& indiscriminatim, cauēdum est ne Apo-
logiæ architectus in eū incidat errorē, cu-
i⁹ Scholasticos insimulat, videlicet de Ope
operato. Est & alia quæstio, s. quomō intel-
ligi debeat quod aiūt de vi & efficacia Sa-
cramētorū, An iuxta doctrinā Augustini q̄
ponit discrimē inter Sacramētū & rē Sacra-
mēti: nā eò respexit, opinor, Lutherus quā-
do in posterioribus lucubrationib⁹ exerte
affirmat corpus christi verū ac reale, verè
sumi nō tā à pijs q̄ ab impijs, iuxta vulgatā
cātionē, Mors est malis, vita bonis &c. Hoc
aut̄ hæcten⁹ inter Lutherū & Sacramētarios

ARTICVLVS. VIII.

controuertitur. Et Lutheri dogma est, Baptismum non esse efficacem propter accipientis fidem, sed propter verbum Christi: Sic enim non vno in loco tantum cōtra Cathabaptistas docet. Si iam par ratio est Sacramentorum, quod quidem ipsorum vim & efficaciam adtinet, hoc est, vnde ea habeant: nec Eucharistiæ vis in sumentis fide, sed in verbo Dei consistit, quid hic dissimulem iudicare potestis. Ad dam & tertiam Quæstionem de vi & efficacia Sacramentorum: An Sacramenta (post consecrationem) eadem habeant vim & efficaciam extra vsum, quam habent in ipso vso? Scribit enim Oecolampadius Symbola sacra extra vsum nihil differre ab externis alijs: Hoc, inq̄, quæritur, Nū Baptismi aqua baptizato iam infante eandē vim habeat, q̄ habuit dū baptizaretur infans? An ne sit aqua communis sicut alia quæ ad publicū domū vsum pertinet? Sed de hoc nō est magna quæstio, maior est quæ sequitur: Nū panis semel consecratus, qui administrato Sacramento, hoc est, perfecta cōmunionem reliquū mansit, verè sit corpus Christi, an ne panis cōmunis? Idē de sanguine calicis intelligo. Videmus enim id quod reliquum est apud

Ad

ARTICVLVS. VIII.

Aduersarios in cophino & lagena post administrationem Sacramentorum, & dubiam Cœnam, citra discrimen, citra omnē reuerentiā in priuatum vsum ministrorum cedere. Quid ad hæc responsuri sint Aduersarij, nescio: sed quid olim responderit ad eiusmodi Sacrilegium & Sacramentorum prophanationem D. Cyrillus, satis scio. Et vt etiam tu scias, illius verba subiicere non grauabor. Audio quod dicunt, ait ille, mysticam benedictionem, si ex ea remanserint in sequentem diem reliquie, ad sanctificationem inutilem esse. Sed insaniunt hæc dicentes: Non enim alius fit Christus, neq; sanctum eius corpus immutabitur: sed benedictionis virtus, & viuifica gratia perpetuò manet in illo. Hæc ille ad Calosyrium Episcopum. De Baptismi aqua alia est ratio, hoc quod diligenter à Scholasticis tractatum & discussum est. Ex iam attacta quæstione, manat alia quam breuissimis in medium adducemus: Quidam ex vestris doctore conantur illis tantum porrigi, siue vt illi loquuntur exhiberi corpus Christi, qui credunt sibi à ministro illud ipsum porrigi. Quæstio igitur est: Quid nam illud sit quod

ARTICVLVS VIII.

minister, Cænæ præses, in manibus tenet, prolatis quidem Christi verbis, sed adhuc ignorans, credat ne an non qui illud suscipiturus est? Quid si suscipiens non crederet verum domini corpus Christi in manibus ministri contineri: alius verò adstans firmissimè crederet, ibi verè porrigi corpus Domini, nō quidem ex suscipientis fide, sed ex Domini verbo & ordinatione. Dic, amabo dic, quid nam illud sit quod in manibus Ministri continetur? Placet ergo quod Apologia docet, Sacramenta efficacitiam esse per verbum & ordinationem Christi: hoc quod Catholicorum nemo negat: sed vereor hac de re, sicut etiam antè dictum est, inter Aduersarios bene conuenire. Cæterum non dubito, quin inde profluxerit dogma Scholasticorum, immò totius veræ Ecclesiæ, de opere operato & nō ponendo obice, quod certò affirmarunt Sacramenta efficacitiam & vim suam habere ex verbo & ex institutione Christi, siue nos credamus siue nō credamus. Hoc est baptismū esse lauacrum regenerationis, siue eo baptizetur Eunuchus ille, siue Simon magus. Sic verū esse corpus Christi, siue illud sumat Iudas, siue Petrus. De vno pane, inquit Augusti-

Tract. 50.
in Ioan.

111

ARTICVLVS. VIII.

nus, & Petrus & Iudas accepit: & tamen
 quæ pars fidelium infidelium? Petrus enim
 accepit ad vitam, Iudas ad mortem: & ite-
 rum. Bonum est quod accepit Iudas, sed ma-
 lo suo accepit, quia male, bonum, malus
 accepit. Et rursus. Multum interest, non
 quid accipias sed quæ accipiat: nec quale sit,
 quod datur, sed qualis sit ipse cui datur. Nam
 & bona ob sunt &c. Hæc ille. Loquimur
 autem de Sacramenti veritate, non de vti-
 litate, & fructu, qui vel obice remoratur,
 vel digna præparatione promouetur. At cõ-
 tra hoc videtur Apologia pugnare Articulo
 5. quando apertè reijcit præparationes no-
 stras. Habet etiam Bucerus quod ad nostrum
 institutum facit, ad Monasterien. cap. 7.
 cui in hoc non reluctamur quod negat om-
 nes (de adultis autem illum loqui intelligo)
 qui Sacramenta suscipiunt etiam suscipere
 virtutem Sacramentorum, etiam si verè nõ
 credant. Hoc enim iam iam professi sumus,
 nos non loqui de virtute, sed veritate Sa-
 cramentorum, quibus tamen gratiam Dei
 alligatam esse non diximus, quasi sine Sa-
 cramentis neminem saluare queat. Facile
 ergo ex his videre est, quid in hoc Articulo
 discutiendum sit bonis & doctis Theologis.

Tract. 619

Tract. 629

H 5 Nos

ARTICVLVS. VIII.

Nos hunc articulum breuissimis finiemus, quoniam de singulis Sacramentis, singuli restant Tractatus. Mihi non videntur male sapere Scholastici, quando docent Sacramenta causas esse gratiæ, non quidem ex natura sua propria, sed ex immutabili ordinatione diuina: hoc enim est quod Cōfessio profitetur, Sacramentorum vim & efficaciam esse ex verbo & ordinatione diuina. Qui plura velit, de ratione Sacramentorum in genere scholasticos legat in 4. Sentētiarum statim ab initio: nos enim ad Articulum nonum accingimur.

DE BAPTISMI SACRAMENTO. *Articulus Nonus.*

DE Baptismo docent, quod sit necessarius ad salutē, quodq; per baptismū offeratur gratia Dei, & quod pueri sint Baptizandi qui per Baptismum oblato Deo recipiantur in gloriam Dei.

Dam.

ARTICVLVS. IX.

Damnant Anabaptistas, qui improbant Baptismum puerorum, & affirmant pueros sine Baptismo saluos fieri.

F. Ioan. Hoff.



ENIMVSiam ad articulum Nonum, in quo contentur Aduersarij nostri, Quod Baptismus sit necessarius ad salutem, quod per baptismū offeratur gratia Dei, quod pueri sint baptizandi, & quod Baptismus puerorum non sit irritus, sed necessarius & efficax ad salutem. Hæc omnia mutuati sunt ab Ecclesia, ideo nihil est hîc quod reiiciatur. sed enim uero Aduersarij hic multa celant, quibus Ecclesiæ non parum molesti fuerunt hæctenus: videlicet reiectionem & cõtemptum eorum quæ ad solennitatem & decorem Baptismi, ei à pijs addita sunt, & à nobis in hunc vsque diem piè & utiliter obseruantur. Certè Ecclesia illa cui Pædobaptismum acceptum referūt, etiã docuit nos uti ad decorè tãti Sacramèti Chrismate, oleo, Sale, sputo, & id genus alijs cæremonijs, sicut veterū doctorū monumèta testāt.

Qua

ARTICVLVS IX.

Quare ergo hæc reijciunt Aduersarij? Zuinglius testatur illorum vsum fuisse inter exordia Ecclesiæ. Et alibi idẽ testatur, Ea quę Baptismo addit Papa illum non vitare. Et Bucerus fatetur illarum cæremoniarum, adhuc apud aliquot Ecclesiã, pium esse vsum. Hæc si isti ex animo scribunt, non possum satis mirari, quid ipsis in mentem venerit sic cælum terræ miscere, & quæ pia sunt temere reijcere, non sine ingenti piorum offendiculo. Nam quę de Superstitiõẽ dicunt firma nõ sunt. Si enim superstitio est illis, consuetis Cæremonijs vti tanquàm necessarijs: non potest non esse superstitio res illas tanquàm Baptismo remorarias, & quæ huic virtutem suam adimere possint, reijcere. Si quorundam superstitio eius turbæ causam dedit, vt quid non docuerunt verum eius rei vsum, Concionatores nimirum in hoc conducti? Sed paucis quæ velim accipe. Quod ad substantiam vim & efficaciam Baptismi adinet, Zuinglianos habent aduersarios, & quidem capitales, sicut hoc ipsum testantur horum libri Elenchus, Epistolæ, & quæ ad Rhegium: item Synodus Bernen. & alia quæ recensere superuacaneum est.

Quod

ARTICVLVS IX.

Quod verò ad Cæremonias non minùs
pias quàm vetustas spectat, Ecclesiã Ca-
tholicam habent aduersariam si modo ali-
cuius momenti faciunt Ecclesię columina,
priscos dico patres, Chriſto: August. Di-
ony: Hiero: & eius notæ alios innumeros.
Cæterum quoniam de Cæremonijs nobis
restat proprius Articulus, quæ dicenda fo-
rent in suum locum reſeruemus, ad sequen-
tem Articulum decimum, qui est de eucha-
ristia accedentes?

DE EUCCHARISTIA Articulus. X.

DE cœna Domini docet, quod
corpus & sanguis Christi verè
adsint, & distribuantur vescentibus
in cœna Domini & improbant se-
cùs docentes.

F. Ioan. Hoff.



In hoc igitur articulo con-
fidentur aduersarij nobiscù
quod in Cœna verè & sub-
stantialiter adsint Corpus &
sanguis Domini nostri Iesu
Christi.

ARTICVLVS X.

Christi: & verè exhibeantur cum illis rebus quæ videntur, pane & vino: & eius fidei adducunt testes Ecclesiam Græcam, Patres item tam Orientis quàm Occidentis. Hac porrò in re, nisi forte nobis verborum similitudine imponere velint, non Ecclesiam Catholicam, sed Sacramentarios & Anabaptistas habent hostes, & his ipsis diebus, vtcunq; tergiuersentur, vtcunq; interpretationes comminiscantur, vtcunque retractent. Fugite, ò pueri, ait ille. Quod verò dico ipsos non habere Ecclesiam aduersantem, non respicio ad priora illorum scripta, id quod non semel testati sumus, sed ad hunc Confessionis libellũ, vbi dicunt, Corpus & Sanguinẽ Domini verè exhiberi cū illis rebus quæ videntur pane & vino. Hoc enim intelligo illos velle, quod nostri dicunt, sub speciebus panis & vini exhiberi verè corpus & sanguinem Domini. Ad hanc interpretationem me duxit, quod apologia Cyrillum præcipuè nominat, & Græcam Ecclesiam in testem vocat. Quis autem nesciat Cyrilli sententiã in hoc Augusto & sacrosancto negotio? Quid Chrysostomus & huius abbreviator Theophylactus, quid Ambrosius, quid Ioannes Damascenus docuerint,

ARTICVLVS. X.

cuerint, tot tantorum virorum lucubra-
 tiones clamant. Chrysoftomi interpres, trā-
 smutationem, Theophilacti verò, transele-
 métationem in Eucharistia habet. D. item
 Ambrosius in libris de Sacramentis (qui e-
 tiam ipsi Philippo probantur) apertè tranf-
 mutationis meminit. Sic Damascenus nō
 semel tantum scribit, quod panis & vinum
 transmutatur in corpus & sanguinem Do-
 mini, sed hoc modo inscrutabili. Nihil e-
 nim amplius cognoscim⁹, quàm quod ver-
 bum Dei verum est, & efficax & omnipo-
 tens. Collegit Philippus ipse Patrum sentē-
 tias super Eucharistia, ad quas pium lecto-
 rem remitto. Extant itē lucubrationes piæ
 & eruditæ D. D. Guimundi & Algeri, qui-
 bus hoc negotium exactissimè tractatur.
 Quod ad sacrificij rationē attinet, quando
 de Missa disputatio instituenda venit, co-
 piofius disputabimus. Ego in puris & sa-
 nis Articulis excutiendis, sicut hactē-
 nus, breuis. me expediam. Det Do-
 minus vt quod voluit summæ
 cōcordiæ esse Symbolū, nul-
 las post hac inter Chri-
 sti fideles excitet
 discordias, Amē.

Ortho-
 doxæ Fidei
 lib. 4. cap. 4.

De Con-

ARTICVLVS XI.
DE CONFESSIOE S.
cramentali Articulus
Vndecimus.

DE confessione docent, quod
absolutio priuata in Ecclesijs
retinenda sit, quanquam in confes-
sione non sit necessaria omniũ deli-
ctorum enumeratio. Est enim im-
possibilis iuxta Psalmum, Delicta
quis intelligit?

F. Ioan. Hoff.



HT hoc negotium qua po-
sumus breuitate absol-
mus. Confitentur eni
quod Absolutio priuata
in Ecclesijs retinenda sit,
quanquam in Confessio-
ne non sit necessaria omnium delictorum
enumeratio. Hæc non absurdè dicuntur.
Quis enim hoc saluberrimũ Ecclesię phar-
macum ecclesijs eijceret ve exterminaret?
Quis ad ignota & non occurrentia peccata
confi

ARTICVLVS XI.

confitenda aliquem adstringeret? Delicta
 quae intelligit? ait Propheta. Ab occultis me-
 is munda me Domine. Amplectimur igitur
 hunc articulum tamquam catholicum, quem
 utinam nunquam prostituissent contemptui
 aduersarij nostri. Vulgus, ut est nouarum rerum
 amans, & omnis iugi quantumuis commo-
 di impatiens, facile persuasum est ut confi-
 tedi onus excuteret: at quomodo ad illud
 recipiendum persuaderi possit, quis non
 videt quam difficultatem adferat? Et Ec-
 clesiae superiores (sic enim eas appellant
 quos Zuinglius & Oecolampa. inauspicatis.
 plantarunt) in hunc usque diem confiten-
 di rationem porro rident. Propterea & in
 hoc negotio non habent Ecclesiam aduer-
 santem, sed Zuinglij discipulos, ex quorum
 grege est, qui non ita pridem scripsit, Quae
 hodie dicuntur a quibusdam, inquit, in lau-
 dem Confessionis eiusmodi, tamquam dis-
 ciplinae saluberrimae iuuentutis non reijcio:
 verum quia humana sunt, vereor quo tan-
 dem sint exitura. Sunt parentes, quibus ea-
 quidem maiorem de liberis curam non vel-
 lem ademptam: sunt Ludiliterarij, sunt in-
 stitutiones in Templis pro pueris publice,
 est & excommunicatio, & Magistratus est,
I
haec

ARTICVLVS XI.

hæc in populo Dei rectè teneantur, & non erit op⁹ reuocare quod semel eiectum est. Hactenus ille, qui quò tendat, facile intelligas. Sed nolumus cum hoc homine in disputationem descendere. Breuiter, confessionem hanc Sacramentalem, quam alij & priuatam & auricularem vocant, nos retinemus & approbamus, scientes quantum ipsa Ecclesiæ profuerit: nec ignorantes quantum nonnulli illa ipsa abusi fuerint, hic malitia, ille inscitia. Sed de his futura Synodus dispiciet. Constituantur confessores, quos vocant, vitæ sanctimonia & eruditione probati, quiq; salute animarum nihil antiquius habent, & abundè refotmata fuerit confessio.

DE POENITENTIA & Satisfactione Articulus duodecimus.

DE Poenitentia docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunq; tempore cum con-

ARTICVLVS XII.

conuertuntur. Et quod Ecclesia talibus redeuntibus ad poenitentiam absolutionem impartiri debeat.

Constat autem poenitentia proprie his duabus partibus: Altera est, contritio seu terrores incussi conscientiae agnito peccato: Altera est, fides quae concipitur ex Euangelio seu absolutione, & credit propter Christum remitti peccata, & consolatur conscientiam, & ex terroribus liberat. Deinde sequi debent bona opera, quae sunt fructus poenitentiae.

A Damnant Anabaptistas, qui negant semel iustificatos posse amittere spiritum sanctum. Item, qui contendunt quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint. Damnantur & Nouatiani, qui nolebant absoluerelapso post Baptismum redeuntess

I 2 ad

ARTICVLVS. XII.

ad pœnitentiã. Reijciuntur & isti, qui non docent remissionem peccatorum cõtingere propter nostrã dilectionem & opera. Reijciũtur & isti q̄ Canonicas satisfactiões docēt necessarias esse ad redimẽdas pœnas æternas, aut pœnas purgatoriũ.

F. Ioan. Hoff.



QVOD hic docent de pœnitentiã, contritione, fide & fructibus pœnitentiã, nihil per omnia probatur: Quia enim necesse est, de verbis contendere, quando de re ipsa nulla est cõtrouersia? Mallem quidem aduersarios loqui verbis consuetis, etsi non purè, quod forsã abhorrèt, latinis, ne nouitate verborum nobis viderentur fucum facere velle: at quoniam concordia causa aliquando etiam proprio iure cedendum est, age nihil moremur insolita verba, nihil moueamur nouis loquendi formulis. Lapsis si resipuerint, non negabimus Absolutionem: At pœnitentis est, ex agnitione peccatorum

ARTICVLVS. XII.

rum conteri & concuti: quoniam certum est Deum malitia nostra valde offendi. Est etiam pœnitentis, vt licet multa bona opera fecerit, tamen credat se merito passionis Iesu Christi remissionem peccatorum accipere: at remissione accepta, necessum est, vt quanto peius antea operatus fuerat, tanto feruentius postea virtutum operibus incumbat, vt fiat quasi recompensatio vitiorum fœcunda pietas. Hæc siue fructus pœnitentiæ, siue satisfactionem voces, nihil moramur. De confessione peccatorum px. imo capite tractatum est. Confessio peccati est, ait Hilarius, vt id quod à te gestum est per cognitionem peccati, confitearis peccatum. Et pauld post, Nullus autem id quod peccatum esse cōfessus est, deinceps debet admittere: Quia confessio peccati, est professio desinendi. Sed hæc par erga. Si Canones veterum respexerimus, facile poterimus iudicare, quid in pœnitentia nostra vel reijciendum vel dissimulandum. neq; enim possumus diffiteri, quin Augie stabulum hîc multas sordes habeat: hoc quod nō Scholasticis, multo min⁹ aut vetustis Patrib⁹, sed indoctis, impijs & auaris Cōfessoribus adscribim⁹. Hic aut rurs⁹ piculū est, ne

Quasi
Sicut exhibuistis.
&c.

In Psal. 137

ARTICVLVS XII.

Zuingliani mordicùs suum dogma de pœnitentia sint defensuri, etiã si Lutherani in doctrina pœnitentiæ nobiscum conuenerint. Ioannes Calvinus non indoctus homo in disputatione super pœnitentia non fert fidem esse pœnitentiæ partem, quod tamen Lutherani nusquàm non vrgent. Inquit enim in Institutione sua, Quod quidam fidem sub pœnitentia complectuntur pugnat cum eo, quod Paulus in Actis dicit, se Iudæis & Gentibus testificatum, in Deum pœnitentiam, & fidem in Iesum Christum. Vbi tanquam duo diuersa pœnitentiã & fidẽ enumerat. Hactenus ille rotidẽ verbis, quibus non ita multo post addit, Et si separari non possunt, distingui tamen debent. Iam ex eadẽ Schola audiamus Myconiũ, Primus ad Evangelij gratiam gradus est resipiscere, id est, sapere dento. Nam desipit homo dũ peccat: facit enim quod est contra Deũ suum & Dominum. Resipiscit, agnoscens quid commiserit: si destiterit & deinceps omni studio cauerit, ne relabatur, canis & porci similis factus &c. Hæc ille. Vbi in hac sententia vlla mentio fidei? An non hic dicit, quod in veteribus Apologia videretur con-

ARTICVLVS XII.

contēnere? Apologia adducit, Pœnitentiā Ambroſij
 eſt mala præterita plangere, & plangenda
 iterum non committere. Item, Pœnitentiā
 eſt quædam dolentis vindicta, puniens in
 ſe quod dolet ſe commiſſiſſe. Hæc certè cū
 myconio conueniunt. Nec ſtatim negatur
 fides etiam ſi taceatur: Sic Calvinus non
 exprimit fidem, dum inquit, Pœnitentiā
 eſt carnis noſtrę veteriſque hominis mor-
 tificatio, quam in nobis efficit verus ac ſyn-
 cer⁹ Dei timor. Bucerus fidei mentionem
 in definitione peccati facit, dū inquit, Pœ-
 nitentiā Euangelicā eſt accepta gratia pec-
 catorum per fidem in Chriſtum, perpetuū
 mortificandę carnis ſtudium, ſed alacre, et
 remiſſę ſed lubens meditatio, Tantum
 Butzerus, qui vt vides, poſt acceptā remiſ-
 ſionem peccatorum, pœnitentiā locat: quū
 meo iudicio, pœnitentiā, ſtudium morti-
 candę carnis, remiſſam peccatorum præce-
 dere debeat. Pœnitentiā agite, inquit Chri-
 ſtus, & credite Euāgelio. Et apud Lucā præci-
 pit prædicare pœnitentiā in remiſſionē pec-
 catorum. Apologia item primò ponit cōtri-
 tionē, deinde fidē, poſtea bona opa fructus
 pœnitentię. Luth. vt & hūc audias in catechi-
 ſmo dum definit pœnitē. oīno nō meminit

*Timor
 fortè legē
 dum,

ARTICVLVS. XII.

fidei, Pœnitentia propriè nihil est, inquit, quàm baptisimus & huius exercitiũ: Quid enim pœnitentia potest dici aliud, quàm veterem hominem magno adoriri animo, vt eius concupiscentiæ coherceantur, ac nouam vitam amplecti? Hæc ille. Quæ autem hic mentio fidei? Ergo quod Luthero & alijs suæ farine hominibus non improperant, ab Ecclesia postulare desistât, ne ipsi rursus occinamus illud Horatianum, quod nobis Apologia suauiter scilicet cecinit: Egomet mi ignosco, Momus inquit. At respondebunt, vt ad defensionem sui satis sunt ingeniosi, alibi apud suos fidei nomenclaturam fieri, vt non necesse sit illam toties inculcare: totidem verbis & nostros excusari licebit. Certè D. Bernardus ex nostris est, quem tamen pro se adducunt aduersarij. Quod si Scholasticis pergunt facessere negotium, in promptu responsum est, non nullum esse delectum inter Scholasticos: nec omnia Scholasticorum dogmata ab ecclesia esse recepta. An ne excludunt Scholastici fidem à pœnitentia cum illam volunt causam esse pœnitentiæ non partem pœnitentiæ? Fatentur itaque fidem sic ad pœnitentiam pertinere, vt sine

illa

ARTICVLVS. XII.

illa hæc nihil cōmodi habeat, penitusque
 caussa sit: Imò plus tribuūt fidei in hoc ne-
 gorio, quàm Aduersarij ipsi: hij enim faci-
 unt fidem partem pœnitentię, illi verò cau-
 sam pœnitentię. Plus autem est causam,
 quàm partem esse. Si verò tu ideo vocas fi-
 dem partem pœnitentię, quia hæc sine illa
 nihil est: licebit & fidem omnium bonorū
 operum partem dicere, quum hæc extra il-
 lam vtilia non sint, & sine fide impossibile
 sit placere Deo. Hæc mihi eò dicuntur, vt
 Scholasticos ab iniuria defendam, quam
 Apologia ipsis inurit tantę fidei. Sed non
 habent vllò opus defensore Scholastici, vt
 quorum scripta apertiora sunt, quàm vt q̄s
 perſuadeatur ipſos meritò à Philippo accu-
 satus esse. An nō hæc Aquinas scripsit, q̄ cō-
 tinēter subijcio? Actū pœnitentię, inqt, præ-
 cedit fidei actus: quia accedentem ad Deū
 oportet credere. Motus quoque fidei, con-
 iunctus est motui timoris: quia ex motu
 ſpei, habetur æſtimatio de poſſibilitate ve-
 nię conſequentię &c. Deinde motio ſeu
 actio charitatis & aliarum virtutū per or-
 dinem &c. Hæc ille. Profectò fides ſic ad-
 nexa eſt pœnitentię, vt hæc ſine illa verè,
 ceu diximus, eſſe non poſſit. Quis enim

I S pœni-

ARTICVLVS XII.

penitentiam ageret desperata remissione peccatorum? Igitur si uor ille edax, & uincibili libido abierint, facile & in hoc articulo fartietur concordia. Disputationem aut potius, altercationem quam Apologia instituit super Confessione & satisfactionibus, paucissimis reuellemus: quid enim uat uerbofum esse, & saepe dicta, toties & ad nauseam usque repetere? Si Apologia Confessionem probat, & quandam peccatorum enumerationem prodesse iudicat, ut homines melius institui possint, ita tamen ut omnia cum moderatione fiant, nobiscum certe sentit, qui tortores & carnifices conscientiarum ex animo odimus. Recta quidem haec sunt, sed limitanda est haec enumeratio peccatorum, ita ut non solum non sit carnificina conscientiarum, sed etiam, ut non sit cauillatio potius quam peccatorum enumeratio. Iam si enumeratio peccatorum, ex S. Scripturis probari non potest, id quod urget Apologia, qui fit quod eam prodesse iudicat? Sed male habet illos placidos conscientiarum medicos, quod de enumeratione occultorum peccatorum docemus. Si quid hic peccatur, non cum Scholasticis, sed cum priscis patribus ex-
postu-

ARTICVLVS XII.

postulent: cum illis, inquam, qui non solum de publica pœnitentia, sed etiam de priuata occultorum peccatorum Confessione loquuntur. Sic enim scribit D. Hieronimus in Ecclesiasten suum, Si quem ser- Cap. 10.
pēs diabolus occultè momorderit, & nullo eū cōscio peccati veneno infecerit: si tacerit qui percussus, & nō egerit pœnitentiā, nec vulnus suū fratri & Magistro voluerit cōfiteri: Magister q̄ linguā habet ad curandum, facile ei prodesse nō poterit. Si enim erubescat egrotus vulnus medico cōfiteri, quod ignorat medicina, non curat. Haftenus ille tam clarè vt nemo tergiversari possit, quin loquatur de occultorum peccatorum confessione, & nō de publica pœnitentiā. Addamus Hieronimo vetustiore In Psal. 37.
Adamantium, qui & ipse profectò, non de publica illa, & veteri Ecclesiæ consueta pœnitentiā loquit̄, sed de cōfessione nostra quae iam agitur, in hac verba scribit: Vide, inquit, quid nos edocet Scriptura diuina, quia nō oportet peccatū celare intrinsec⁹. Fortassis enim sicut hij, qui habent inclusam intus escam indigestam, aut humoris vel phlegmatis, stomacho grauitè & molestè conuenientia, si vomuerint releuan-

releuan-

ARTICVLVS. XII.

releuantur: ita etiam hij qui peccauerunt, siquidem retinent in se peccatum, intrinsicus vrgentur, & propemodum suffocantur à phlegmate vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum & confitetur, simul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam. Hęc ille in Psalmum 37. quem hoc loci penitiùs introspicere operæ pretium fuerit. Docet atque hortatur etiam Clemens ille vetustissimus in Cõpendiolo suo, cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus domini manifestare. Eius generis sunt & alia apud eundem Clementem ad Iacobum fratrem Domini Epistola prima. Ergo si reuelauerimus peccata nostra (Origenis utimur non tam verbis quàm prudenti consilio) non solum coram Deo, sed & his qui possunt mederi vulneribus nostris atque peccatis, delebuntur nostra ab eo qui ait, Ecce delebo vt nubem iniquitates vestras, &c. Sunt etiam quæ ad nostrum institutũ facere possent in D. Cypriani volumine, maximè in sermone de Lapsis, quę ne libellus in immensum crescat adscribere non libet: satis enim putamus iam disputatum de

ARTICVLVS XII.

de Confessione.

RESTAT vt & de Satisfactione non nihil dicamus, qm̄ & hāc camerinam mouet Apologia, ne scilicet non sit satis verboſa, nihilque intemeratum relinquat Eccleſiæ. Scribit autem Philipp⁹ ille ex ritu publicę pœnitentię reliquum nobis eſſe quidquid ſatisfactionis apud nos eſt: & nescio quæ Figulus ille, nos toties fingere calumniatur. Nihil hîc nos remoratur vnde Satisfactiones illæ profluxerint: Sed de hoc eſt Quæſtio, an ne Satisfactiones Euangelio contradicant: Si bonæ ſunt & Euangelio dignæ atque conſentaneæ, retinendæ certè; & obſeruandæ ſunt, ſiue ſint publicæ ſiue priuatæ: Si malæ ſunt, doceat nos Apologia, qua ratione, quòue nomine malæ ſint. Nolumus hic recenſeri nobis longum cathalogum abuſuum, quò plerumq; immò ſemper reſpicit Apologia, quos nos etiam improbamus. Sed loquimur de ſententiâ Eccleſiæ, quam ſuper ſatisfactione habet. Hic rurfus audio Eccleſiam non lacerrari, ſed Scholaſticos, qui multa abſurda finxerunt, ſi Philippo credimus, qui multa contraria ſcripſerunt, qui toto cælo errant, qui remiſſionem peccatorum ſatisfactionibus,

ſatisfactionibus,

ARTICVLVS XII.

factionibus, & non vni Christo acceptam
ferunt. Hæc nimirum est illa Helena. Tu
porrò vide ne eodem cum Scholasticis hæ
reas luto (Fingam enim Scholasticos rectè
à te traductos) Scholæ male audiunt quod
asserunt Satisfactiones fieri ad placandam
diuinam offensam. Esto, hæc doceant Ca-
tholici: docent certè ex sententia Scriptu-
ræ, ex sententia Catholicorum virorū, pba-
tissimorum s. Ecclesię doctorum. Scriptu-
ræ sacræ testimonia aperta & cuius obuia
sunt, & quæ Philipp⁹ sua astutia eneruare
nunq̄ poterit. De patribus dicemus. Audi
vel vnum Augustinum, quē etiam ipsi ad-
uersarij, nō paucis præferunt, In melius est
vita, inquit, mundāda, & per eleemosynas
de peccatis præteritis est propitiandus De-
us, nō ad hoc emendus quodammodo, vt
ea semper liceat impune committere: Ne-
mini enī dedit Deus laxamentum peccan-
di, quamuis miserando deleat iam facta
peccata, si non SATISFACTIO congrua
negligatur. Hactenus ille in Enchiridio ca-
pite. 70. Audis hic de peccatis præteritis
Deum esse propitiandum ? Audis Deum
delere peccata, si modo satisfactio cōgrua
accel.

vide Hie-
ro. in cap.
Danie. 4.

vide exo.
cap. 32.

vide. Au-
gustinū de
peccatorū
me. & re.
lib. 2. cap.
54. Et in
expo. ad
Rom. in-
choatē nō
ita lōgè ab
initio.

ARTICVLVS XII.

accesserit? videtur autem Augustinus alludere ad locum illum Eccle. quinto. De propitiato peccato, noli esse sine metu. Iam ne quis existimet Diuum Augustinū de publica satisfactione loqui, huius in superiorib⁹ meminit, dicēs: Rectè cōstituū ab his qui Ecclesiæ præsumt tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua remittuntur peccata, &c. Chrysostomus item Homiliæ 80. docet, Non à pristinis tantum malis desistere, sed etiam meliora sequi officia, rectè pœnitentiam dici: nec ad sanitatem satis esse nobis extraxisse tantum sagittas, verū & medicamenta esse vulneri imponenda.

Quod Diuus Origenes hac de re habet, in capite Numerorum 14. quoniam prolixum est, & iam nos æquo longiores fuimus, ad scribere super sedebimus. Profectò præsentis sæculi status, omnī scelerum peste corruptissimus, admonet ne demulciamus capita impiorum, qui exultant in rebus pessimis, & lætantur cum malefecerint: sed multo magis veteris Ecclesiæ disciplinam reuouemus (vt cunq̄ repugnent aduersarij) vt vel timore pœnæ discamus
ini-

ARTICVLVS XII.

iniquitatibus nostris renunciare. Fatemur
& in hoc negotio multos irrepsisse abusus,
qui re bene purgata, piè medica manu rei-
ciendi sunt. Queratur Dei verus honos,
queratur Ecclesiæ decor, & Deus mitissi-
mus, nostris conatibus non deerit. Dele-
ctet nos magis pœnitentię opera facere, q̄ de
pœnitentia multis disputare, & actum erit
de Zizanijs. Et hæc quidem putamus pro
loco & tempore, super hoc Articulo, piè
sufficere: Impiè morosos nihil moramur.

DE SACRAMENTO- rum numero, & virtute *Articulus deci- mus tertius.*

DE vsu Sacramentorū docent
quod sacramenta instituta
sint, non modo vt sint notæ profes-
sionis inter homines, sed magis vt
sint signa & testimonia voluntatis
Dei erga nos, ad excitandam &
confirmandam fidem in his qui v-
tuntur proposita. Itaque vtendum
est

ARTICVLVS XIII.

est sacramentis ita, vt fides accedat, quæ credat promissionib⁹, quæ per sacramenta exhibentur & ostenduntur.

Damnant igitur illos qui docent, quod sacramenta ex opere operato iustificent, nec docent fidem requiri in vsu sacramentorum, quæ credat remitti peccata.

F. Ioan. Hoff.



DE Sacramentorum virtute & efficacia in superioribus, Articulo videlicet Quinto, sententiam nostram, quam non dubitamus vniuersalis esse Ecclesiæ, exposuimus, vt non fuerat necesse rem rursus tractare. Verum quoniam aduersarius noster ita vult, age in illius gratiam vadam & adhuc vnum atque alterum militare cum ipso. Et hunc igitur probam⁹ Articulum, quo ad priora eius membra: modo intelligi velint hæc omnia de adultis, qui possunt corde credere ad iustitiam, ore autem confiteri ad salutem. Verè enim testā-

K

tut

ARTICVLVS XIII.

tur nobis sacramenta de Dei voluntate, & excitant, multoque magis confirmant fidem nostram. Et quoniam sine fide impossibile est placere Deo, & accedentem oportet credere, recte requiritur fides suscipientis: non quidem ad veritatem Sacramenti, id quod & supra admonuimus, sed ad fructum suscipientis. Sacramenta enim Ecclesie vera sunt, certa sunt, ubicunque sunt: sed eis qui ponunt obicem (sive hanc incredulitatem, sive propositum peccandi voces, nihil moramur) non sunt frugifera, sed maxime noxia, non ex infirmitate sacramenti, sed ex malicia & impietate, sicut iam diximus, suscipientis. Nota sunt quae scripsit Prosper olim Episcopus Regiensis, & indubitata sunt:

Aug. Epist.
stola 18.

*Magnum praesidium est, sacro libamine pasci,
Si cor participis, crimina nulla premunt.*

Nam geminat sibi met, peccati pondera, quisquis

Quae bona sunt, sumit, quae mala non refugit.

Quod paruulos attinet, iam supra responsum est: ab his qui fidem requirunt, est pumice aquam postulat, & quare non pari ratione, ab eis de Confessione fidei requirunt? Cauendum autem hic ne Pædobaptistarum furori ac imposturae, ianua aperiatur. Decâtatis si nunc est, quae ratio Ecclesiae usum communicandi infantes aboleat.

ARTICVLVS XIII.

aboleuerit, qui tamē apud superioris seculi patres fuit celeberrimus. Proinde appendix huius Articuli nō omnino prudēter in Scholasticos inuehitur. Meo certē iudicio, videntur Aduersarij idē sentire cū nostris eruditioribus Scholasticis, vtcunq; de verbis digladiatur. Certē nemo nostrorū dicit Fidem efficere Corpus Domini, lauacrum regenerationis: neq; enim alligauit Christ⁹, veritatē sacramētorum suorū fidei nostrę sed verbis suis: hoc q; etiā Lutherus multis in locis testatur: Incredulitas enim nostra, fidē Dei euacuare non potest. Et veritas sacramētorum non potest niti fide nostra, q̄ iuxta hunc Articulum, illa in nobis & excitare & confirmare debent. Nihil igitur aliud est Opus operatum, nisi veritas verborum Christi, & huius infallibilis promissio, adeoque eiusdem nunquā violanda ordinatio. Cogor hic verbosus esse, velim, nolim. Iam de numero sacramentorum (nam & huius meminit Apologia) quid dicemus? Et placet & displicet Aduersarijs, Ecclesię septenarius numerus. Sic enim illis displicet, vt iam duo tantū velint habere Sacramenta, nimirum

K a Cos;

ARTICVLVS XIII.

Cœna Do. Cœnam Domini, & Baptismum: totidem
Baptis. enim cõmunis Lutheranorum Schola nu-
 merat, nec plura. Iam addit Confessio etiã
Absolutio tertium, Absolutionem videlicet, quam in
 gratiã Aduersariorum scilicet, noluit iux-
 ta Ecclesiæ consuetudinem nominare pe-
 nitentiã. Ergo tria sunt. Quod si ex Zuing-
Ordo. glij dogmatibus addideris, Manuũ im-
 positionem (& huic non arridet Ecclesiæ soli-
 tum nomen, Ordo,) habebis quartum. Vi-
 des concordantiam. Butzerus sic scripsit
 in Præfatione Epistolarum Zuinglij, De
 nostris Ecclesijs ne patiãre tibi persuade-
 re, in eis de sacramētis aliter doceri, quã
 ipsæ tradunt scripturę, docent S. Patres, &
 ab initio Christi Ecclesia credidit. Eãdem
 cantilenam, sed verè, canit Ecclesia. Iam si
 placet Aduersarijs numerus sacramen-
Confirma tenarius, vt huic longè plura addant. Apo-
vnctio ex logia Confirmationem, & extremam vn-
ctio. ctionem vocat ritus à patribus acceptos,
 & ad salutem non necessarios. Sacramen-
 tum ordinis, si intelligatur de ministerio
 verbi, Apologia non grauatim vocabit Or-
 dinem Sacramentum. Matrimonium si-
 dignatur Sacramenti nomine, vt ta-
 men ab alijs prioribus discernat. Habe-
 iam

ARTICVLVS XIII.

iam quid a duersarij sentiant de Ecclesie sacramentis. Hijs addit Apologia, Magistra Oratio,
 tum posse vocari Sacramentum, Oratione, Eleemo.
 Eleemosynas, Afflictiones: etiam alios sta- Magistra
 tus & officia quæ habent mandatum Dei, Crux.
 & quibus addite sunt promissiones. In lo-
 cis posterioribus ait Philippus, nihil opus
 esse rixari de Sacramentorū numero, quū
 tamen ipsi adhuc non cessent rixari, ho-
 mines scilicet pacis cupidissimi. Ego ne-
 que de sacramentorum virtute, neque de
 ipsorum numero, hic cum aliquo rixabor.
 Extant hac de re doctissimorum virorum
 lucubrationes, quibus profectò vix quic-
 quam addere possis, quod nō superfluum
 censebitur. Qui illis non mouetur, nec
 meam infantiam audiet. In hoc mihi vi-
 detur plus sudandum, vt Episcopi nos-
 tri sacramenta Ecclesie fideliter admini-
 strēt, harū virtutē, & verū vsum diligen-
 ter doceant, & sua ipsorum negligentia,
 ne dicam impietate, res illas diuinas non
 faciant exosas. Tolle auaritiam, quæ plus
 hac in re Ecclesie incommodat, quàm su-
 perstitio: tolle prelatorum negligentiam,
 & Curtisanorum imposturam, & videbim⁹
 in Ecclesia nostra, sacramenta in summo

ARTICVLVS XIII.

loco posita. At quum Episcopi quidã igno-
rent quid sacramenti vox significet, quum
ipso pudeat sacramenta per semetipso
conferre, quum omnia apud ipso sint ve-
nalia, quum Ecclesiã defraudet quidam su-
is sacramentalibus quę vocant, quę potest
esse Sacramentis apud simpliciores reuerẽ-
tia? Iam quod ad Parochos & Ecclesiã
stas attinet, vix centesimus quisq; de Sacra-
mentis vllam facit mentionẽ in suis ad ple-
bem concionibus, hic ex ignorantia, ille ex
negligentia. De luxu qui in administrati-
one sacramentorum fit, nihil diximus. Hęc
repurgentur, & non erit vllus locus de Sa-
cramentorum vel dignitate, vel numero
conquerendi. Et hætenus quidem de
Sacramentis iterum, quantum Do-
minus, cuius illa sunt, pro sua
in nos benignitate be-
nignis. dedit.

DE ORDINE EC-
clesiastico Articulus XIII.

DE

ARTICVLVS XIII.

DE ordine Ecclesiastico docēt, quod nemo debeat in Ecclesia publicè docere, aut sacramenta administrare, nisi rite vocatus.

F. Ioan. Hoff.



VI nam illi sint, qui ordinē Ecclesiasticum turbarint & confuderint, adeoque ex integro perditū cupierint, notius est quàm vt negari possit: nec desunt hodie, qui non rite vocati, nec canonicè ingressi, concionentur nō Christi, sed suū Euangeliū, Textores, Calcearij, immò lenones & carnifices. Vnde prodierunt Anabaptistæ? Quis huic pesti occasionem sic tumultuādi dedit? Sed nolim hanc camerinam mouere. Lutherus ex impura & sceleratissima quorundam Ecclesiasticorum vita sumpsit occasionem contemnendi Ordinem Ecclesiasticum: Et satis festiuè scilicet triumphauit de rasis & vnctis illis miseris. Ex contempto ordine Ecclesiastico, se ingesserunt alij ad stinā, q̄ ad Sacerdotiū aptiores. At quoniā

K 4

recepti

ARTICVLVS XIII.

recepti me examinaturum, quod iam proponitur, non quod ante hæc tempora scriptum esse cōstat ab aduersarijs, mitto iam hanc accusationem. Malis sacerdotibus, peiores successerunt laici. Articulus porrò hic 14. placet, nec quicquam habet incommodi: nisi quis in quæstionem velit vertere, quid nam illud sit ritè vocatum esse, & penes quos sit ius vocandi apud aduersarios? Scimus Pauli mentem de vocatione & ordinatione Episcoporum, scimus etiã veteris Ecclesiæ vsum: & , ita me Deus amet, summè necessariū est, vt hoc in negotio, nihil oscitāter agatur. Da bonos Pastores, & habebis oues meliores. Peccatū est quidem hac in re plurimum ab aduersarijs; at nihilo minùs peccatum est ab Episcopis nostris, & hætenus grauis. peccatur, dum numerantur potiùs ordinandi, quàm examinantur: & quantum quis nummorū habet, tātum etiam habet fauoris apud quosdam. Quæ hic premo, prudens lector intelligit. Nolim enim hic referre, quales Episcopos, Decanos, canonicos, pastores &c. nobis subinde intrudat potiùs quàm ordinat Romana Curia, Regum item & principum aula, qui omnes (Iuxta iocū Cuiusdā) familiam

ARTICVLVS XIII.

liam suam fatiant (si modo tales bestiae sanari possent) muneribus sacris. Iam quoniã Apologia testatur aduersarios summa voluntate cupere conseruare politiam Ecclesiasticam, & gradus in ecclesia factos, etiã humana authoritate, ipsosq; non ignorare bono & utili Consilio à patribus Ecclesiasticam disciplinã hoc modo, vt veteres Canones describunt, constitutã esse: Hęc in quã, quum ita se habeant, hęc receptui Canere possumus. Pia Sinodus dispiciet, & vt arbitror, consultè hic aget, ne vel seuitiẽ Episcoporum, vel temeritati Aduersariorum vllus locus pateat. Nos interim rogemus Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Currunt etenim multi, quos nemo misit, & prædicant multi, quibus nõ est locutus Dominus. sed hac de re non nihil adijciemus in sequentibus.

DE RITIBVS ECCLE- siasticis *Articulus de cimus quintus.*

DE ritibus Ecclesiasticis docet,
quod ritus illi seruãdi sint, qui

K S sine

ARTICVLVS XV.

traditiones huiusmodi esse necessarias ad salutem, vt sine quibus, salus contingere nemini possit. Hæc nec sacramentis attribuit, nedum traditionibus. Multos enim saluos fieri constat, quibus nunq̄ Ecclesiæ traditiones notæ fuerunt. Et harum magna vbique est differentia, magna mutatio: nec de his iam per multa secula vllum schisma fuit, nisi quod ab illis excitatū est, qui tanquàm impias, traditiones calumniati sunt. Iam quod identidē obijciunt ex Mattheo illud: frustra me colunt mandatis hominum: mirum est quare Aduersarij locum hunc Euangelij non diligentius excutiūt, nec vllum discrimen faciunt inter traditiones illas adiaphoras, & traditiones merè impias, qualis certè illa fuit de negligendis parentibus. Nam ipsi Aduersarij, opinor, fatebuntur nobiscum traditionē pharisæorum de lotionem manuum, non fuisse impiam, nisi quod superstitione quædam accesserat. At obijciunt, & nostras traditiones propter admixtas superstitiones esse impias: vt quid ergo, saluis traditionibus, non fecerunt impetum, aut si maui, impressionem in superstitiones? Certè in hoc conducti fuerunt, non vt spoliaret Ecclesiæ

ARTICVLVS XV.

clesiam bono tranquillitatis, sed vt potius repurgarent ipsam ab omni specie iniquitatis. Maximè enī placet quòd Melanchtō alibi scribit de huiusmodi cæremonijs & traditionibus: vidit enim quantum etiam à suis hac in re peccatum sit. Non probo, In Cap: Rom, 14º inquit, petulantiam illorum, qui sine probabili causa vbique violant (ritus & traditiones s.) seu studio nouitatis, seu quadá contumacia: In his enim non solum pietas, sed etiam humanitas iure desyderari potest. Quid est inhumanius, quàm aspernari publicos móres, præsertim si videátur disciplinæ causa instituti? Et in iisdé cōmentarijs: Sæpè iã videmus, inquit, eos qui cum veteribus ritibus belligerátur, taménatura vinci, vt aut veteres móres restituant, aut nouas ordinationes faciant, quarú non nullæ sic satis agrestes ac barbaricæ sunt. In Cap. 3º Hactenus ille in cap. 14. Romano. In epistolá verò ad Colossen. vbi etiã hoc negotiũ hō omnino malè tractat, ait, Hoc tempore prodest diligéter de retinendis veteribus legibº disputare, cútã multi sint, q earú auctoritaté stultis ac seditiosis sermonibus labefaciunt. Et ibidé, Maximè optarim hoc tempore publicas cæremonias in téplis retine-

ARTICVLVS XV.

ri, quatenus sine peccato retineri possunt.
 Nulla enim res magis offendit imperitam
 multitudinem, quã illa in templis nouitas.
 Hactenus Philip. audiui⁹. Subscribit hu
 ic Oecolampadius in Epistola quadam ad
 Erasmus Ritterium, Optarim quidem, si
 Ecclesijs omnibus integrum foret, Cære-
 monijs ijsdẽ cunctos vti. Hęc ille, cui ego D.
 Basiliũ subijciã, Ecclesiæ vices deplorãtẽ:
 Contempta sunt, inquit, Patrũ dogmata,
 Apostolicę traditiones annihilatę sunt, no
 uorum hominum inuenta in Ecclesijs reg-
 nant, &c. Hęc itaq; cũ sic se habeant, quẽ
 admodum Aduersarij ipsi fatentur, qua ra
 tione sic tumultuatum est? Quis eius rei
 author? Profectò priora Aduersariorum
 scripta, quod, velint, nolint, agnoscere co-
 guntur. An nõ apud illos legimus: Huma-
 nę constitutiones, nihil aliud sunt nisi a-
 nimarum capistra, conscientiarum Carni-
 ficinæ. Itẽ, peccatũ est, quicquid Deus, nec
 verbo, nec factò docuit. Sed desino hęc se-
 ditiosa resuscitare. Piacet nobis in Aduer-
 sarijs mutata sententia, isti nimirum cępe-
 runt sapere: vtinam non seriũs quàm oportuit.
 An nõ pulcherrimas habuit Baptis⁹
 noster Cæremonias? Sed de hijs in superiori-
 bus.

Epi. 61.

An. Knop.

Zuing.

ARTICVLVS XV.

bus. Certè non est piarum mentium, vt re-
tè Capito ait: Maiorum placitis temerè re-
luctari. Nec displicet quod idem in eadem
responsione scribit, A constitutionibus
quidem omnibus, quatenus aut conscien-
tiam obligant, aut pro cultu habentur, libe-
rati sumus: Nolumus tamè omnia sursum,
deorsum miscere, & ornamenta Ciuilis vi-
tæ profus tollere. Sed post veram fidei do-
ctrinã quæ honesta sunt, & quæ sine cõtu-
melia Dei publicè comprobantur, studio
amplectimur. Et idè eodè in libello, noua-
re quidè & cõuellere bene constitutas res,
valde execrandũ: at collapsa in meliorè for-
mam sedatè verecundeq; restituere, laude
omni dignissimũ est &c. Et haftenº quidè
ille piè ac prudèter. Faciliùs liquidè, bene
instituta dissoluuntur, sicut Nazianzenus
alibi loquitur, quàm dissoluta restituãtur.
Ex his itaq; consequitur, diligenter exami-
nandũ ac ponderandũ, quæ nã traditiones
in Ecclesia Catholica, vel cum peccato ser-
uãtur, vel sine peccato seruari nõ possunt.
quo igiũ vtemur iudice? Quo arbitro? Quis
nobis hanc litè dirimet? Aduersarij multas
traditiones & Cæremonias Ecclesiæ inse-
crati sunt, & tãquã impias, cõuellere ac por-
rò

ARTICVLVS XV.

to abrogare non dubitarunt. Tales autem
tanquam pias & ad decorem Ecclesie ac-
commodatis. haftenus nostri obseruarunt:
Quin & inter aduersarios de Cæremonijs,
q̄ scilicet retinēdæ sunt vel reijciēdæ, peni-
t^o nō cōuēit. Quæ de Cæremonijs Baptismi
& Cœnæ dominicæ scripserūt, ei^o rei tibi fi-
dē faciēt proculdubio. Nos igitur tutamur
nostra, illi reijciunt: & tamen apud vtrosq;
conuenit, nihil impij in Ecclesia retinen-
dum, quocunq; tandem prætextu in eam
venerit. Ego nolim me hic interponere iu-
dicem. Audiamus itaq; qua nota Aduersa-
rij discernant humana traditiones pias, ab
impijs. Quæcunq; ad externam vitam de-
ceter, & cum commodo proximorum de-
gendam ab hominibus constituuntur, nō
humanæ traditiones sunt, sed diuinæ, di-
manantes scilicet ex lege dilectionis, man-
datorum Dei capite. Humanæ autem leges
ideo dicuntur, quod per homines eduntur,
non autem quod ab hominibus natæ sint.
Quare hortatur Petrus vt propter Dominū
illis pareamus. illa vero tantum hominum
commenta sunt, quæ nullam bonam frugē
adferant proximis, sed ad gratificandū po-
tius Deo sunt constitutæ. Hæc ex sentētia

Buceri

ARTICVLVS XV.

Buceri in cap. Math. 15. quæ opinor Catho-
 licis non displicere, nisi quòd addit eas tra-
 ditiones esse impias, quibus putamus nos
 gratificare Deo. Certè Deo non potest nõ
 esse gratum, quod in hoc instituitur, vt om-
 nia in Ecclesia decenter & ordine suo per-
 agantur. Gratum est Deo haud dubiè, si su-
 perioribus nostris in hoc paream⁹ quod ad
 decorè Ecclesiæ pertinet: etsi propter Do-
 minum illis patère debemus, vtique obser-
 uatione illarum Deo gratum facimus, qui
 etiam nobis ob hoc, quod in lege pollici-
 tus, nobis benefaciet. Verùm non est mirũ
 quòd illi negant nos traditionibus & cære-
 monijs Deo gratum facere, qui non dubi-
 tant asserere, omnia piorũ bona opera pec-
 cata esse, qua de re suo loco. Quòd verò
 Bucerus præmissis annectit exempla im-
 piarum traditionum, delectum ciborum,
 dierum, locorum, personarum, &c. suo lo-
 co examinemus fideliter. Accipimus &
 hoc à Bucero quod alibi scribit, Nihil esse *In Marcã*
 damnandum, quod vlla ratione bonum es *c. 26.*
 se queat. Hoc si obseruatum fuisset ab Ad-
 uersarijs, res Ecclesiæ iam melius haberèt.
 Cæterùm nos fatemur ingenuè, magnum
 certè esse numerum cæremoniarũ, & hu-

ARTICVLVS XV.

manarum traditionum in Ecclesia, quæ vel immutari vel porro aboleri queant. Sed sicut nō est cuiusuis ponere leges, ita nec decet vnumquemq; pro sua libidine illa deponere, figere vel refigere. Ad piã Synodũ pertinet hoc negotiũ sic repurgare, vt abolita omni superstitione, Deus verè in spiritu & veritate colatur. Ego nolim vel superstitioni vel impietati patrocinari. Oĩa suo loco & tempore ponantur. Summa est (vt Bucerus rectè scribit) quicquid homo statuerit, quod quomodocunq; ad vsum proximorũ faciat, eoq; ex præcepto dilectionis deriuatum sit, vt sunt leges ciuiles, statuta œconomica, cærimoniolę ac rit⁹ quibus ad verbum Dei commodius docendũ, & audiendum, tum prædicandum, deniq; ad cœnam atque baptismum Christiani videntur, ac quicquid omnino ad vitam istã commodius atque decentius degendam, momentum aliquod habuerit, id nequaquam traditio humana, sed diuina, licet per homines administrata, æstimãda est. Hęc ille. Et vetustissim⁹ ille Tertullianus ait, Nullo titulo damnare licet, quæ profunt omnino, &c. Nec abhorret ab his Diui Augustini consilium, quod Ianuario suo dedit.

Lib. 2, cap.
38,

ARTICVLVS XV.

dit. Quæ non sunt contra bonos mores,
 inquit, nec contra fidem, & habent aliquid
 ad exhortationem vitæ melioris, vbicun-
 que institui videmus, vel instituta cogno-
 scimus, non solùm non improbemus, sed
 etiam laudando & imitando sectemur. In
 hoc ergo totius rei cardo vertitur, nostræ
 veteresne, an aduersariorum traditiones
 ex lege dilectionis manauerint: nam neu-
 tra pars suas calumniari patitur. Quod si
 nostræ bonæ, quare reiecerūt eas? Si illorū
 bonæ, cur toties immutarūt? Cur in his ip-
 sis inter se non cōueniunt? Habent enim
 non solùm dissimiles, sed & porrò contra-
 rias & pugnantes: hoc quod alibi in Ger-
 manico libello cōt. Lutheri Articulos suffi-
 cienter demonstraui. Adde quòd nō ita du-
 dum multas cæremonias ad cotuos relega-
 runt, quæ iā quasi postliminio ab ipsis reuo-
 cantur ac restituntur. Quid quod eas nō
 restitunt, quas tamen à nobis piè & me-
 ritò obseruari, editis libris testantur? Sed
 quoniam de cæremonijs & ritibus etiam
 in superioribus non nihil diximus,
 & in consequentibus etiam eius gene-
 ris alia dicenda restant, his dictis fi-
 nem faciemus. Exulet philautia,
 L 2 quæ

ARTICVLVS XV.

quærat^r Deigl^oria & Ecclesiæ decor, & propter dissimiles ritus concordia non impeditur.

DE MAGISTRATV Articulus XVI.

DE rebus ciuilib⁹ docet, quod legitimæ ordinationes ciuiles sint bona opera Dei, quod Christianis liceat gerere Magistrat⁹, exercere iudicia, iudicare res ex imperatorijs, & alijs præsentibus legib⁹, supplicia iure cõstituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iusiurandum postulantibus Magistratibus dare, ducere vxorem, nubere.

Damnant Anabaptistas, qui interdicit hæc ciuilia officia Christianis. Damnant & illos, qui Euan-
gelicam perfectionem non collocant in timore Dei & fide, sed in de-
seren-

ARTICVLVS XVI.

serendis ciuilibus officijs, quia Euāgelium tradit iustitiam æternā cordis. Interim nō dissipat Politiam & Oeconomiam, sed maximè postulat conseruaretanquā ordinatio-nes Dei, & in talibus ordinationibus exercere charitatē. Itaq; necessariò debēt Christiani obedire Magistratib⁹ suis & legibus, nisi cū iubent peccare, tunc enim magis debent obedire Deo quā hominibus, Act. 5.

F. Ioan. Hoff.



HANC doctrinam de Magi-
stratu & ciuilibus officijs
ab Ecclesia mutuati sunt,
quæ non nostris, sed illorū
Discipulis Carlstadianis &
Anabaptistis, quīs talibus officijs Christia-
nis interdicit, aduersatur. Appendix hu-
ius articuli inuehitur in monachos, quo au-
tem iure, quæue iniuria ipse Philippus vi-
derit: & non nihil hac de re dicemus, cum
ad votorum rationem peruentum fuerit.

L 3

Pro-

ARTICVLVS XVI.

Profectò nullivnq̄ Monachi sic cōtempse-
runt Cæsarum, Regum ac Principum le-
ges, atq; Aduersariorū nostrorum discipu-
li: neque vllō tēpore minus obtemperatum
est, & diuinis legibus, & humanis, atq; ab
infeliciter exorto Aduersariorum Euange-
lio: hoc quod etiam ipsi iam olim conque-
sti sunt. Et optādum foret, vt vel hodie au-
dirent Imperatorem innocētissimum, au-
dirēt saniores Principes, ij inquam, qui alijs
inobedientiam nunquā non obijci-
unt. Tantum abest vt Monachi superiorū
legibus aut potestatibus aduersati sint, vt
etiam non nisi illorū autoritate & potesta-
te se tutos fore existimēt: nisi fortassis Ad-
uersarij indignū Cæsare arbitrātur, Mona-
chorum agere patronū, defensorē & tutorē.
Sed de hoc plus satis. De perfectione
Euangelica sic sibi constat Apologiæ De-
dalus, vt non sit necesse pluribus responde-
re. Quæ nobis sunt Euāgelica consilia, Phi-
lippo disputanti contra Monachos, sunt
præcepta, & rursus disputaturus contra
Anabaptistas, ex ijsdem præceptis facit
consilia: ex quibus videmus quō animo,
quōue spiritu ductus Philippus scripserit.

Quæ

ARTICVLVS XVI.

Quæ hic desiderantur, in sequentibus adijciemus.

DE SECUNDO CHRISTI
aduentu, Articulus
XVII.

Item docent, quòd Christus apparebit in consummatione mundi ad iudicandum, & mortuos omnes resuscitabit, pijs & electis dabit vitam æternam & perpetua gaudia, impios autem homines ac diabolos cõdemnabit, vt sine fine crucientur.

Damnant Anabaptistas, qui sentiunt hominibus damnatis ac diabolis finem poenarum futurum esse. Damnant & alios qui nunc spargunt Iudaicas opiniones, quòd ante resurrectionem mortuorum, pij regnũ mundi occupaturi sunt, vbiq; oppressis impijs.

L 4

F. Ioan. Hoff.

ARTICVLVS XVII.

F. Ioan. Hoff.



Ocent illi quòd Christ⁹ ap-
parebit in fine mundi ad iu-
dicandum &c. quæ ex Euā-
gelicis & Apostolicis literis
cognoscuntur ad iudicium
extremū pertinere: damnant item quæ hu-
ic fidei nostræ articulo repugnant. Anathe-
matizant Iudæos, Anabaptistas, Millena-
rios siue Chiliaftas, item Origineanos &
huius impietatis reliquam fæcem. Hæc quo-
niã fidei nostræ sunt, & ex Ecclesiæ prom-
ptuario desumpta, meritò à nobis proba-
tur. Quid enim in re manifesta, multis ver-
bis opus est? potuissent etiam hoc loci, me-
ritò illi condemnari, qui ita credunt Chri-
stū ad iudicium vêturum in cōsummatio-
ne seculi, vt interim ipsius vero cor-
pore & sanguine in Cœna do-
minica careamus. Intelli-
gis quos velim. Sed
hæc aliàs.

DE LIBERO HO-
minis arbitrio, Arti-
culus XVIII.

DE

ARTICVLVS XVIII.

DE libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem iustitiam, & diligendas res rationi subiectas, sed non habeat vim sine spiritu sancto efficiendae iusticiae Dei, seu iusticiae spiritualis, quia animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei: sed haec fit in cordibus, cum per verbum spiritus sanctus concipitur. Haec totidem verbis dicit Augustinus lib. 3. Hypognoticon, Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum in eis quae ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare aut certe peragere, sed tantum in operibus vitae praesentis tam bonis quam etiam malis. Bonis dico quae de bono naturae oriuntur, id est, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle

L s habere

ARTICVLVS XVIII.

habere indumenta, velle fabricare domum, vxorē velle ducere, pecora nutrire, artē discere diuersarum rerum bonarū, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam. Quæ omnia nō sine diuino gubernaculo subsistūt, imò ex ipso & per ipsum sunt, & esse cœperunt. Malis verò dico, vt est velle idolum colere, velle homicidium, &c.

Damnant Pelagianos, & alios qui docent, quòd sine spiritu sancto, solis naturæ viribus possimus Deum super omnia diligere: item præcepta Dei facere, quo ad substantiam actuum. Quanquàm enim externa opera aliquo modo efficere natura possit: potest em̄ continere manus à furto, à cęde, tamē interiores motus non potest efficere, vt timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, patientiam, &c.

F. Ioan. Hoff.

ARTICVLVS XVIII.

F. Ioan. Hoff.



Vam diueria sunt hæc, & bone, à prioribus aduersariorum scriptis, in quibus ne nomen quidem liberi arbitrii æquo animo ferre potuerint? Deo gratiæ, qui illis hac in re meliorem instillauit animum. Nihil nos offendit **Articulus** hic, nec quidquam in malam partem interpretabimur, quoniam ex monumētis piorum patrum, immò & ex sacris literis videtur desumptus. Libertas quidem periit per peccatum, ait Augustinus, sed illa quæ in Paradiso fuit habēdi plenam cum immortalitate iustitiam: propter quod natura humana, diuina indiget gratia, dicente Domino: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis: utiq; liberi ad bene iusteq; viuendum. Nam liberum arbitriū vsque adeo in peccatore nō periit, vt per illud peccent, maximè omnes qui cum delectatione peccant. Hæc ille contra duas Epistol. Pelagia. libro. 1. Capit. 2. Et iterū idem eiusdē argumenti lib. 2. ca. 10. Nihil video in scripturis sanctis, inquit, homini à Dño iuberi, propter probandum liberū arbitrium, quod non inueniatur vel
dar

ARTICVLVS XVIII.

dari ab eius bonitate, vel posci, ppter adiutorium gratiæ Dei mōstrandum. Nec omnino homo incipit ex malo in bonū per initium fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia Dei. Hæc & eius generis multa scribit Augustinus contra Pelagianos. Hij enim dicebant hominem malum, sufficienter etiam habere liberum arbitrium ad faciendum bonum præceptum: hoc enim contra istos testatur Augustinus lib. 2. eiusdem argumenti, cap. 2. Et lib. 3. cap. 8. inquit, Liberum arbitrium captiuatum non nisi ad peccatum valet: ad iustitiam verò, nisi diuinitus liberatum adiutumq; non valet. Gratia enim Dei, sicut alibi scribit, nolentem præuenit, vt velit: volentem subsequitur, ne frustra velit. Ex his satis liquet D. Augustinum ita extulisse liberum arbitrium, vt tamen in nullo derogaretur gratiæ: quoniam vtrūque habet scriptura sacra. Gratia quidem, vt Chrysostomus ait, potior pars debetur, sed non totum: vtrisque ergo nobis opus est, vt idem ait, & quæ diuinitus dantur, & quæ à nobis sunt, si quidem diligenter & exactè saluandi fuerimus: idq; non solum antea, sed & nunc quoque, etiam si magni
cele

ARTICVLVS XVIII.

celebresque fuerimus, diuina gratia opus habemus. Hæc ad verbū Chrylo. Hom. 32. in Roma. cap. 16. qualia nimirum Ecclesia hætenus semper docuit. Quod enim Apologia rursus Scholasticos traducit, & incusat Pelagianæ hæresis, immeritò & præter rationem facit. Vbi enim vel quando vnquam Scholastici docuerunt, hominem sine Spiritu sancto posse Deum diligere super omnia, & præcepta Dei facere? Ostdat Apologia, si potest, autorem, & eum si volet duriusculè expostulet. Nos talia nunquam legimus, nec audiimus, nec docuimus vnquam. Imò quod Scholastici docuerunt de operibus extra & præter gratiam factis, ad vnguè respōdet Apologiæ, quæ in hoc Articulo prorsus renunciauit Lutheri somnijs. Et non queo satis videre quid causæ sit, cur Philippus in hoc negotio tam miserè vexet Scholasticos, quos tamen Bucerus (qui certè diligētius versat⁹ est in Scholasticorum Gymnasijs, id quod res ipsa clamat, quàm Philippus) candidè & meritò excusat dicens, In genuè omnes, non veteres modò, sed & recentes Theologi, inter quos, haud iniuria satis sit vnum Thomam laudasse testè, Liberum arbitrium, nisi

In psal. 73

ARTICVLVS XVIII.

nisi & moueatur & iuuetur à deo, ad bonũ nihil valere confitentur. nec inest igitur ijs quæ delibero arbitrio patres quidam, aut etiam neoterici asseruerũt ea, quã nonnulli putãt, impietas, si hæc ritè modò accipiãt, & sic vt ipsi scriptores ea accipi voluerũt, &c. Et hæc quidem Bucerus, qui non iniuria in iudicãdis Scholasticorũ dogmatis mihi videretur Philippo præferendus. Sed diximus hac de re non nihil in superioribus. Dicimus itaq; iã ex sentetia Chrysostomi, nõ esse possibile, nos aliquod bonũ rectè agere, non habita superna gratia. Et vt idem ait, opera mala ex nobis solis oriuntur, bona verò non egent tantũ nostra cura, verũm etiã opus habent diuina benignitate. Ergo neq; quæ in nostro arbitrio sunt, putemus sine adiutorio Dei effici posse, neq; ea quæ in manu Dei sunt, putem⁹ absque nostris actibus & studijs & proposito consummari. Et hæc quidem hæctenus pro libero arbitrio disseruisse suffecerit.

Rom. 24.
in Gene.
In Gal.
cap. 5,

Orig. peri
Archon,
lib. 3.

ARTICVLVS XIX.
DE CAUSA PECCATI,
Articulus XIX.

DE causa peccati docēt, quòd tametsi Deus creat & conseruat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet diaboli & impiorum, quæ non adiuuante Deo auertit se à Deo, sicut Christus ait Ioan. 8. Cum loquitur mendacium, ex seipso loquitur.

F. Ioan. Hoff.



LT in hoc articulo prorsus renūciarūt Luthero suo, & iurare qdē: si enim aliquod est liberū arbitriū, vbi est illa absoluta necessitas, quā toties ostētabat Lutherus? Vbi dogma illud, Deū in nobis & bona & mala agere: non quidem permissiue, sed potēter &c. Gratulamur aduersarijs profectò, & in hoc articulo meliorē mētem. Extat hac de re, scilicet quòd Deus non sit author malorum, pulcherrimus adeoq; absolutissimus sermo

D. Ba-

ARTICVLVS XIX.

D. Basilio verè Magno inscriptus. Tractat etiam hanc rem D. meus Augustinus aduersus Manichæos & Pelagianos in multis opusculis. In 3. De libero arbitrio cap. 17. Idem dicit quod hic Philippus, nimirū volūtatē malorum, causam esse malorū. Nec est, inquit, cui rectè imputetur peccatum, nisi peccanti: & disputatione secunda contra Fortunatum, ait: Malorum generator non est Deus. Et contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 26. scribit locum illum Amos Prophetæ vbi Dominus dicit: Non aliquod fieri malum in ciuitate, quod ipse non faciat, intelligēdum esse de malo pœnæ, nō de malo culpæ. Malum, inquit, hoc loco nō peccatum, sed pœna intelligenda est. Dupliciter enim appellatur malum. Vnum quod homo facit, alterū quod patitur pœna, &c. Hinc opinosum p̄serunt Scholastici quicquid hac de re disputant 2. Senten. dist. 34. Qui plura desiderat, legat D. Irenæum lib. 4. cap. 76. & sequentibus. Ioannem item Damasce. lib. 4. cap. 20. qui candido lectori, ni fallor, satisfaciunt. Possem ego hic multa congerere ex priscais patribus pro huius articuli cōfirmatione, sed nolim adducere testimonio
nia

ARTICVLVS XIX.

nia non necessaria, in re haud dubia. Sunt certe apud Aduersarios non pauci loci qui huic Articulo, & manib⁹ & pedibus repugnāt, maximè apud eos q̄ nō possūt equo aīo ferre Patrū interpretationē qui obdurare, tradere, pro permittere interpretati sunt. D. Basilius de obduratiōe Pharaonis scribit, Obdurauit eum longanimitate ac pœnæ dilatione, ipsius ferens vitium, vt ad extremum eius iniquitate ad summum gliscente, iustius super eum Dei iudicium ostenderetur, &c. Hæc ferè communis omnium Patrum est expositio, q̄ ægerri- mē legunt Zuinglij commilitones. Videatur hac de re Bucerus in Rom. cap. 1. Sed suffecerint hæc de causa peccati.

DE BONIS CHRISTI- anorum operibus Arti- culus XX.

Falsò accusantur nostri, quòd bona opera prohibeant. Nam scripta eorum quæ extant de decē præceptis, & alia simili argumento

M testan-

ARTICVLVS XX.

testantur, quod vtiliter docuerint de omnibus vitæ generibus & officijs, quæ genera vitæ, quæ opera in qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim parùm docebāt Concionatores, tantū puerilia & non necessaria opera vrgebāt, vt certas ferias, certa ieiunia, fraternitates, peregrinatiōes, cultus Sanctorum, rosaria, monachatum & similia. Hæc Aduersarij nostri admoniti nunc dediscunt, nec perinde prædicant hæc inutilia opera, ac olim. Præterea incipiunt fidei mentionem facere, de qua olim mirum erat silentium. Et sic nō desinunt obscurare doctrinam fidei cum relinquūt dubias conscientias, & iubent mereri remissionem peccatorum operibus. Nec docēt quod sola fide propter Christum certò accipiamus remissionem peccatorum.

Cū igitur doctrina de fide, quam
opor-

ARTICVLVS XX.

oportet in Ecclesia præcipuam esse, tã diu iacuerit ignota, quemadmodũ fateri omnes necesse est, de fidei iustitia altissimum silentium fuisse in concionibus, tantum doctrinam operum versatam esse in Ecclesijs, nostri de fide sic admonuerunt Ecclesias:

Principiò, quod opera nostra nõ possint recõciliare Deũ, aut mereri remissionẽ peccatorũ & gratiã & iustificationem, sed hanc tãtum fide consequimur, credentes quod propter Christũ recipiamur in gratiam, qui solus positi⁹ est mediator & propitiator, per quem reconcilietur Pater. Itaque qui confidit operibus, se mereri gratiam, is aspernatur Christi meritũ & gratiã & querit sine Christo humanis virib⁹ viã ad Deũ, cum Christus de se dixerit, Ego sum via, veritas, & vita. Hęc doctrina de fide vbique in Paulo

ARTICVLVS XX.

tractatur Ephe. 2. Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, &c.

Et ne quis cauilletur, à nobis no-
uam Pauli interpretationem exco-
gitari, tota hæc causa habet testi-
monia Patrum. Nam Augustinus
multis voluminibus defendit gra-
tiam & iustitiam fidei contra me-
rita operum. Et similia docet Am-
brosius de vocatione gentium, &
alibi. Sic enim inquit de vocatione
Gentium, Vilesceret redemptio san-
guinis Christi, nec misericordiae
Dei humanorum operum præro-
gatiua succumberet, si iustificatio
quæ fit per gratiam, meritis præce-
dentibus deberetur, vt non munus
largientis, sed merces esset ope-
rantis.

Quanquàm autem hæc doctri-
na contemnitur ab imperitis, tamè

ex

ARTICVLVS XX.

experiuntur piæ ac pavidæ conscientia plurimum eam consolationis afferre, quia conscientia non possunt reddi tranquillæ per vlla opera, sed tantum fide, cum certò statuunt, quod propter Christum habeant placatum Deum. Quemadmodum Paulus docet Rom. 5. Iustificati per fidem, pacem habemus apud Deum. Tota hæc doctrina, ad illud certamen perterrefactæ conscientia referenda est, nec sine illo certamine intelligi potest. Quare malè iudicant de ea re homines imperiti & prophani, qui Christianam iustitiam nihil esse somniant, nisi ciuilem & philosophicam iusticiam.

Olim vexabantur conscientia doctrina operum, non audiebant ex Euangelio consolationem, quosdam conscientia expulit in desertum, in monasteria, sperantes ibi se gratiam merituos esse per vi-

ARTICVLVS XX.

tam monasticam. Alij alia excogitauerūt opera, ad promerendā gratiam & satisfaciendum pro peccatis. Ideo magnopere fiat opus, hanc doctrinā de fide in Christum tradere & renouare, ne deesset consilio pauidis consciētij, sed scirent fide in Christum appræhēdi gratiam & remissionem peccatorum & iustificationem.

Admonentur etiam homines, quod hic nomen fidei non significet tantū historię noticiam, qualis est in impijs & diabolo, sed significet fidem, quæ credit non tantū historiam, sed etiā effectum historiæ, videlicet hunc Articulum, Remissionem peccatorum, quod videlicet per Christum habeam⁹ gratiam, iustitiam & remissionem peccatorum.

Iā qui scit se per Christum habere propiciū patrē, is verè nouit deū,
scit

ARTICVLVS XX.

scit se ei curæ esse, diligit & inuocat eū, Deniq; non est sine Deo sicut Gentes. Nam diaboli & impij non possunt hūc Articulum credere, Remissionem peccatorum. Ideo deum tanquā hostē oderunt, non inuocant eum, nihil boni ab eo expectant.

Augustinus etiā de fidei nomine hoc modo admonet lectore, & docet in scripturis nomē fidei accipi, nō pro noticia, qualis est in impijs, sed pro fiducia quæ consolatur & erigit perterrefactas mentes.

Præterea docēt nostri, quod necesse sit bona opera facere, nō vt cōfidamus per ea gratiam mereri, sed propter voluntatem Dei. Tātum fide apprehenditur remissio peccatorum & pax conscientia. Et quia per fidem accipitur spiritus sanctus, iam corda renouātur, & induunt novos affectus, vt parere bona

M 4 opera

ARTICVLVS XX.

Opera possint. Sic enī ait Ambro,
Fides bonæ voluntatis, & iustæ a-
ctionis genitrix est: Nam humanæ
vires sine spiritu sancto plene sunt
impijs affectibus, & sunt imbecilli-
ores quàm vt bona opera possint
efficere coram Deo. Ad hæc, sunt
in potestate diaboli q̄ impellit ho-
mines ad varia peccata, ad impias
opiniones, ad manifesta scelera,
Quemadmodum est videre in phi-
losophis, q̄ & ipsi conati honestè vi-
uere, tamen id non potuerunt effi-
cere, sed contaminati sunt multis
manifestis sceleribus. Talis est im-
becillitas hominis, cùm est sine fi-
de & spiritu sancto, & tantùm hu-
manis viribus se gubernat.

Hinc facilè apparet hanc doctri-
nam nõ esse accusandam, quòd bo-
na opera prohibeat, sed multo ma-
gis laudandam, quod ostendit quò
bona opera facere possimus. Nam
sine

ARTICVLVS XX.

sine fide nullo modo potest huma-
na natura primi aut secundi præcep-
ti opera facere. Sine fide non inuo-
cat Deum, à Deo nihil expectat, nõ
tolerat crucem, sed quærit huma-
na præsidia, confidit humanis præ-
sidijs. Ita regnant in corde omnes
cupiditates, & humana consilia cū
abest fides & fiducia erga Deum.
Quare & Christus dixit, Sine me ni-
hil potestis facere, Ioan. 15. Et Eccle-
sia canit, Sine tuo numine, ni-
hil est in homine, ni-
hil est innoxium.

F. Ioan. Hoff.



Articulus hic rursus ad lucē
reuocat bona opera, quæ im-
portunis Aduersariorū scri-
ptis & concionibus, in flo-
re huius ipsorum Euangelij
omnino pessimè audierunt, quod negare

M 5

non

ARTICVLVS XX.

nō possunt, nisi cōpertissimi mēdacij accu-
sari velint. Et nisi recepiscē me nolle vete-
rē camerinā mouere, vt eò facilius possit
coire cōcordia, adijcerē certa exēpla, quæ
etiā fæterēt in narib⁹ Aduersariorū. At exē-
pla declarāt plus q̄ vellem⁹, quales fuerint
Lutherani bonorū operū ebuccinatores.
Doce deū in nobis & bona & mala potēter
opari: doce oēm hoīem etiā in bono quo-
uis ope peccare: doce oīa ex mera neces-
sitate contingere: doce nullum esse homīs
liberum arbitriū. Itē, bonis operibus nihil
apud Deum mereri, nihil apud Deum nos
acturos bonis operibus: hæc inquā, doce,
hæc apud simplices, ne quid duri⁹ dicam,
auditores tuos, & satis s. deprædicasti, &
magno honore decorasti bona piorum o-
pera. Iam quis negat illa apud Aduersarios
inueniri. Certè maiorem autoritatem sem-
per habuerunt bona opera apud Zuinglia-
nos, quā apud Lutheranos. Qui nolet mi-
hi hoc in negotio credere, faciat periculū.
Extant eius rei testes euidentissimi, lucu-
brationes illorum non paucæ. Sed ad Arti-
culum. Rursum Philippus cantilenam su-
am repetit de sola fide, & de non me-
ritis, siue viuamus, siue moriamur. His
vel

ARTICVLVS XX.

vel ad nausēā vsq; responsum est, quomo-
 do scilicet Fides iustificet, & quantum &
 vnde valeant bona opera, vnde item his
 sua merces. Post orditur philippus suos
 excusare Concionatores, egregiè extol-
 lens, magnificèque depređicans quàm ne-
 cessum fuerit Ecclesiæ tertios illos Cato-
 nes è cœlo decidere, vt instruerent Eccle-
 siam, docerentq; quid tādē verè sentiē-
 dū de fide & bonis operibus. Sed audiam⁹
 cælestes illos rabinos. Principiò, inquit, do-
 cuerūt quod opera nostra nō possint recō-
 ciliare Deū. Hęc doctrina videlicet è tertio
 cælo allata est. De qbus opibus loquūtur?
 De opibus pcedētib⁹ iustificationē? Ne-
 mo aduersarijs obloq̄tur. Nā de his scribit
 Ambrosi⁹ quē philippus adducit: Si iustifi-
 catio, inq̄t, q̄ sit p̄ gratiā, meritis pcedētib⁹
 deberetur, &c. miror cur ille nō flagellarit
 hīc Ambrosiū, q̄ loco græ nō posuerit fidē.
 Si aut loquū̄t de opibus q̄ sūt à semel iusti-
 ficatis, vt sunt oīa bona opa fideiū, maxi-
 mē verò q̄ pœnitētiæ opa vocam⁹: q̄rim⁹, si
 bona opera Deum non reconciliant, an ne
 ipsum ad iracūdiā p̄uocēt? Alterū verū sit
 necessum est. Si de⁹ bonis nostris operib⁹
 offenditur, ergo malis delectat̄. Cur ergo
bona

ARTICVLVS XX.

bona præcepit, & mala prohibuit? Si verò bonis operibus reconciliatur & non offenditur, in quo mundo versatus est philippus dum hæc scriberet? Et tamen in superioribus fassus est ipse philippus. opera bona esse meritoria, tam præsentis vitæ quàm futuræ, qua dere in negotio iustificatiōis satis diximus, si non ornatè, certè multò minùs impiè. Et reuerà grandis iniustitia Dei esset, vt inquit D. Hieronimus, si tantū peccata puniret, & bona opera non suscipere. Pergit Apologia suos defendere Concionatores qui docuerunt quod Christus sit propitiatio pro peccatis, & non nostra opera: & allegat verba D. Petri, dicentis; Huic omnes prophetæ perhibent testimonium, in nomine ipsius accipere remissionem peccatorum, omnes qui credunt in eum, &c. Quis hoc negat? quis reluctatur? an nō semper & identidem respondemus meritabonorum operum, manare ex merito Christi, qui operibus nostris & talem & tantam virtutē meruerit, sanguine suo perfundens abluerit, vt acceptaremur à patre, nō tanquàm ab inimicis facta, sed tanquàm à renatis & adoptatis Dei filijs. Christus alibi inquit, Opera quæ ego facio, &
ipse

ARTICVLVS XX.

ipse pater meus facit: Sic & quæ nos facimus, Christus in nobis facit, & suavis ille ac dulcis racemorum fructus non palmitibus sed viti adscribitur, imò & vtrisque. Quæras forsan quid ad verba Petri respondeam? Id quod Petrus ipse, In veritate cōperio, inquit, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum & OPERATVR IVSTICIAM acceptus est illi. Ergo qui legit illa, legat & hæc ex eodem capite. Habet classem suam Christi meritum, habent etiam locum suū operum merita, non illud ex his, sed hæc ex illo. Et hæc quidem hæc hactenus.

DE CVLTV DIVORUM Articulus, XXI.

DE cultu sanctorū docēt, quod memoria sanctorum proponi potest, vt imitemur fidē eorum, & bona opera iuxta vocationē: Vt cæsar imitari potest exemplum Dauidis in bello gerēdo ad depellendos

ARTICVLVS XXI.

dos Turcas à patria. Nam vterque Rex est. Sed scriptura non docet inuocare Sãctos, seu petere auxilium à Sanctis. Quia vnum Christum nobis proponit mediatorem, propitiatorium, Pontificem, & intercessorem. Hic inuocandus est, & promittit se exauditurum esse preces nostras. &c.

Cap. 73.

F. Ioan. Hoff.



QVOD Articulus hic habet de cultu & memorijs Diuorũ probamus. quod autẽ de inuocatione dicũt, nullo responso dignũ iudicamus, si modò illi cætera ex animo scribũt. Profectò non parũ miramur quare tam ingrati sint Diuis, quorum tamen opera & intercessiõẽ nõ semel subleuati sunt. Neq; enim puto illos ex animo loqui quando prætexunt doctrinæ suę gloriam Christi, q̄ dicunt se velle vindicare, nec alijs præter Deũ attribuere. Quę est enĩ illa Christi gloria, aut qualis esse potest, inuidere Diuis, quod

ARTICVLVS. XXI.

quod ex liberali Dei munificentia acceperunt? Ipsa enim diuina natura, vt piè scribit Damascenus, indultrix est omnis boni proprijs facturis suis, secùdù vniuscuiusq; virtutis capacitatè. Ergo tu p̄scribes Deo, quid & quantum debeat amicis suis cõmunicare? Fontem sic extollis, vt riuulos illic manantes porrò cõtēpnas. Sed videamus de singulis, quæ hic Articulus habet. Memoria, inquit, Sanctorum proponi potest, vt imitemur fidem eorum & bona opera, &c. Hęc concors sanctorum sentētia est, q̄ nō possumus contēnere. Sic nāque ait D. Augustinus, Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate cõcelebrat, & ad excitādā imitationē, & vt meritis eorum sanetur, atque orationibus adiuuetur. Hęc cõtra faustum. Ad Aureliū verò Epistola 64. deplorat: immò detestatur eos qui in festis diebus Diuos, luxu & crapula honorare instituunt. Hieronymus autem ille venerabilis Presbiter, ait: Honoramus reliquias martyrum, vt eū cuius sunt Martyrè adoremus: Honoram⁹ seruos, vt honor seruorū, redundet ad Dñm, qui ait, Qui vos suscipit me suscipit. Ergo Petri & Pauli immundę sunt reliquię? Ergo Moyfi corpus

corpuse

ARTICVLVS XXI.

Cap. 73.

corpusculum immundum erit? &c. Deinde
de addit, Et quotiescunque Apostolorum
& prophetarum & omnium Martyrum Ba-
silicas ingredimur, toties idola venera-
mur? Accensiq; ante tumuloseorum cerei,
idololatriæ signa sunt? &c. Extat etiam in
Ecclesiasticis dogmatibus, quod huic loco
mirè cōuenit. Sanctorum corpora, inquit,
& præcipuè beatorum martyrum reliqui-
as, ac si Christi membra, syncerissimè ho-
norāda: & Basilicas eorum nominibus ap-
pellatas, velut loca sancta, diuino cultui
deputata, affectu pijsimo, & deuotione
fidelissima adeundas credimus. Si quis cō-
tra hanc sententiam venerit, non Christia-
nus, sed Eunomianus & vigilantius credi-
tur. Recordamur & D. Cypriani, cuius ve-
nam atq; alteram sententiā super hoc ne-
gotio audiamus. sic autem scripsit ad Cor-
nelium Ro. Pontificem: Si quis hinc nostrū
prior diuinæ dignationis celeritate præ-
cesserit, perseueret apud Deum nostra di-
lectio, pro fratribus & sororibus nostris,
apud misericordiam patris non cesset ora-
tio. Et idem de stella & magis, Innocentes
inquit, in ordine S. Prothomartyrum, pri-
mum habent locum, & secretorum conscij
diuino

ARTICVLVS XXI.

diuinorum, propinquitate familiarissima,
 Clementiã Dei, pro nostris exorãt labori-
 bus. Eadem habet D. Origenes super illud
 Matthei 2. de Rachel plorante. In Cantica Hom 39
 verò Salomonis scribit, Omnes sancti qui
 de hac vita decesserunt habentes ad huc
 charitatẽ erga eos qui in hoc mundo sunt,
 si dicantur curam gerere salutis eorum, &
 iuuare eos precibus suis, atque interuen-
 tu suo apud Deum, non erit inconueni-
 ens. Et hæcenus quidem accepimus testi-
 monia veteris Ecclesiæ, quæ probant me-
 ritò in Ecclesijs fieri memorias Diuorum,
 nosque horum precibus & intercessionibus
 multum iuuari, id quod ægerrimè Ad-
 uersarij in Apologia cõcedunt. Tu porrò
 hic in præmissis Patrum testimonijs dili-
 genter obserua, qualem cultum Diuis im-
 pensum scribunt. Nominant Basilicas, me-
 morias Martyrum, religiosas solennitates,
 munda reliquias, accesos cereos, inter-
 cessiones, & id genus reliqua. Iam quod ad
 inuocationem Diuorum attinet, Apolo-
 gia miris modis triumphat, disputans, eti-
 am si maximè orent Diui pro Ecclesia, ta-
 men non sequi, vt illi sint inuocandi à no-
 bis: addit nullum eius rei exemplum vel
 N præ-

ARTICVLVS XXI.

præceptum in scripturis haberi, nec huius
fuisse apud veteres aliquem vsum, &c. Ad
hoc respondemus apud veteris Ecclesiæ
patres non solum intercessionis, sed & in-
uocationis esse non omnino raram men-
tionē, id quod Paulò post sufficienter pro-
babimus. Certè sancti in cælis sua chari-
tate flagrantēs, non desinunt pro nobis
intercedere: (Agnoscat, opinor, verba
Oecolampadij) Quid igitur mali, si hoc
petamus fieri, quod credimus Deum vel-
le, etiam si nihil tale præceperit? Quid ma-
li si & commendemus patrocinia sancto-
rum, modò id circumspectè, oportune, &
modicè fiat pro auditorum qualitate: Id
quod Chrysoströmus in Iuuētinum, Nazi-
anzenus quoque facit in laudibus Cypri-
ani, & obseruant tam Orientis quàm Oc-
cidentis Ecclesiæ. Quod vt apertius fiat,
aliquot patrum sententias producamus.
Chrysoströmus itaque ille Constantino-
poleos Episcopus, primum ferat testimo-
nium pro Diuorum inuocatione: Nam &
ipse qui purpuram indutus est, inquit, ac-
cedit illa seruorum Christi complexurus
sepulchra, & fastu deposito, stat sanctis
supplicaturus, vt pro se apud Deum inter-
cedant,

Hom. 66.

ARTICVLVS XXI.

cedat, & scenarum fabrum Paulum, & pis-
 ratorem Petrum etiam mortuos Protecto-
 res orat. Et post pauca, Dæmonas enim
 sancti sistunt & torquent & vinctos ab il-
 lis solunt. Et sub finem: Nullus quò regi-
 as aulas videat vnquam peregrinatus fuit,
 multi verò Reges, plerumq; huius specta-
 culi gratia peregrinati sunt, & c. Audis in
 vno Chryso. & inuocationis, & interces-
 sionis, & miraculorum, & peregrinationis
 piam mentionem: quæ omnia quanti fiant
 ab Aduersarijs, toti Ecclesiæ notum est.
 Nec est vt quis hîc testimonium Chryso.
 eleuare aut velit aut possit, vt in quo neq;
 eruditio, neque pietas, neque pro Christi
 gloria zelus desiderari potuit. Persuadeas
 etiam tibi, velim, Chrylostomû tantam ha-
 buisse scripturarum peritiam, tantam in
 Christum charitatem, vt neque sciens ne-
 que ignorans quicquam attribuerit Diuis,
 in quo gloriæ Christi aliquod præiudici-
 um fieri queat. Origines verò ætate maior
 Chrylostomo, sic inuocationem Diuorum
 cõmendauit, vt vel suo exẽplo ipsam fide-
 les docuerit. Ad finem siquidem lib. 2. in
 Iob, ait, O beate Iob, viuens in perpetuũ
 apud Deũ, & victor permanes in cõspectu

ARTICVLVS XXI.

regis domini, ora pro nobis miseris. Et in
suo laméto statim ab initio, Incipiam me
genibus prosternere, & deprecari vniuer-
sos sanctos, vt mihi non audienti petere
Deum propter nimietatem peccati, suc-
currant. Et sub finem, heu nostri, inquit,
Pater Abraham deprecare pro me, ne de si-
nibus tuis aliener, quos valde cupiui nec
condignè quidem, propter ingens peccatū
meū. Sic vndecimi libri Ecclesiasticę Histo-
cap. 33. legimus Theodosium Imperatorē,
ante martyrum & Apostolorum thecasia-
cuisse prostratū, & auxilia sibi fida, sancto-
rum intercessione postulasse. His subiun-
gam D. Augustini sententiam, qui in opus-
culo de Spiritu & anima ait: Vos igitur qui
meruistis consortes fieri supernorum ciui-
um, & perfrui æternæ claritatis glori-
æ, orate pro me ad Deū, vt educat me de isto
carcere, in quo teneor captiuus & ligat-
us. Eadē habet Meditationum lib. cap. 24.
Sed quid diu immoror? Quis non legit D.
Hieronymi apostropham ad vitam defunctā
illam nobiliss. Paulam? Vale, inqt, ô Paula,
& cultoris tui vltimam senectutem oratio-
nib⁹ iuuat. Fides & opera tua Christo te so-
ciant, præsens facilius quod postulas im-
petra-

ARTICVLVS XXI.

petrabis, &c. Haftenus ille. Quid referam
 D. Ambrosium? nā & ex ipso nobis sup̄ est
 testimonium, negotio & instituto nostro
 cōueniētissimum. Vtinam existat aliquis,
 inquit, qui tam cito possit orare pro no-
 bis, vel certè qui pro focru sua rogat Petrus
 & Andreas frater eius, (loquitur autem de
 focru Petri febricitante,) Tunc enim pro
 affinitate poterant, nūc iam possunt pro
 nobis & omnibus impetrare. Et post pau-
 ca: Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui
 nobis ad pr̄sidium dati sunt. Martyres ob-
 secrandi, quorum videmur nobis quoddā
 corporis pignore patrociniū vendicare,
 possunt pro peccatis nostris rogare, qui
 proprio sanguine, etiam si qua habuerunt
 peccata, lauerunt. Isti enim sunt Dei Mar-
 tyres, nostri Præsules, speculatores vitæ
 actuumque nostrorum. Non erubescamus
 eos intercessores nostræ infirmitatis adhi-
 bere, q̄ ipsi infirmitatem corporis, etiam
 cum viuerent, cognouerunt, &c. Quid
 hoc testimonio clarius, quid euidentius di-
 ci potuit, in hoc maximè Argumenti gene-
 re? Cui hæc ad veritatis patrociniū non
 sufficiunt nescio quibus rationibus per-
 suaderi possit. Quæ idem Ambrosius de

ARTICVLVS XXI.

Diuorum vel intercessione vel inuocati-
one habet in Homilijs suis, nolim hic refer-
re. Item quæ D. Augustinus, & pius Bern-
hardus etiam in suis Homilijs eius generis
habent, pluribus recensere nō libet. Postre-
mus in hoc Cathalogo nobis sit Christianus
ille, & piè prudens vates Prudentius, qui
sic cecinit, Alloquitur autem S. Leuitam
Laurentium:

*Audi & Poetam rusticum
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem sua,
Indignus agnosco & scio
Quem Christus ipse exaudiat:
Sed per patronos Martyres
Potest medelam consequi.
Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium,
Et seruientem corpori
Ab lucis uinculis seculi, &c.*

Hactenus ille ad finem historiæ, aut si ma-
uis Passionis D. illius Laurentij, qua
utinam tã accepta essent Aduersarijs, atq;
pia sunt. Sed aiunt patres illos Rhetorico
more sic allocutos fuisse in peroratiōe Di-
uorum

ARTICVLVS XXI.

uos illos quos cōmendandos susceperant.
 Hijs enim verborū fumis simplices s̄. Aduersarij nostri testimonia Ecclesię eleuare conātur. At facile concedimus eos Rhetoricē scripsisse, sed non Hæreticē. Non placent tibi quę adscriptimus Prudētij versus? Agē quomodo tibi placēt quę subiicimus.

*Deprome thesauros malis,
 Suadendo quos præstigijs
 Exaggeratos obtines,
 Nigrante quos claudis specu.
 Hoc poscit usus publicus,
 Hoc fiscus, hoc ærarium,
 Vt dedita stipendijs
 Ducem iuuet pecunia, &c.*

Olim his verbis præfectus ille crudelissimus alloquebatur D. Laurentium: iam verò qui nos sic hætenus alloquūtur, etiā metacere res ipsa clamat. Sed hæc parerga. Cū igitur iā satis pbatū sit, Inuocationē Diuorū habere sufficiētissima veteris Ecclesię testimonia, qd restat nisi vt Apologia suæ temeritati renūciet, & Ecclesiā calūnari iā tādē desinat. Nolumus hic talionē reddere Aduersarijs, q Theologo, omī populo Fabulā facere conati s̄unt, nō animaduertētes qd

ARTICVLVS XX.

de seipsis, qui in tam manifesto mendatio deprehensi sunt, posteritas sit iudicatura. A beatergo Philippus quò velit, cum suo intempestiuo Epiphonemate & simulata peroratione ad Clemētissimum Carolum Cæsarem. Cæterum sub finē flagellat Apologia eos qui singulis Sanctis certæ procuraciones commiserunt, vt Annæ diuitias, Sebastiano, pestē &c. Conquæstus est hæc de re, nō ita dudū, etiā Luther⁹ & alij: nec possumus nec cupimus tergiuersari quin non nihil, immò multum supersticionis in hoc negotium irrepserit: at hæc in vniuersum damnare qui possumus? In Historia ecclesiastica legimus in hanc sententiā, Aquilinus quidam, cum longas passus fuisset infirmitates, iussit suis, vt se ad Michaelum, locum Michaeli sacrū ducerent, credens aut illic se mori, aut languore priuari, & sanat⁹ est &c. Et D. Augustinus aperte testatur Deum quidem per suos operari salutem hominum in vno loco, quod in alio non facit: sed qua ratione hoc ipsum fiat, fatetur se planè nescire. Quæstio ista, inquit, vires intelligētiae meæ vincit, quæ admodū scilicet opitulentur martyres his, quos per eos certum est adiuuari. Hæc

nus

ARTICVLVS XXI.

n^o ille in, De cura pro mortuis gerenda. Et
 epistola 137. quam scripsit Clero & Eccle-
 siæ Hypponensi, ait: Quis potest consilium
 Dei perscrutari, quare in alijs locis hæc mi-
 racula fiant, in alijs non fiant? Mouit etiã
 hæc Quæstio non parùm ex recentioribus
 Dionisium à Rickel, qui super hac re roga-
 tus, non imprudenter respondit: Cur vni
 sancto potius quàm alteri Deus talem vir-
 tutem curandi largitus est, non debemus
 curiosè aut immoderate reqrere. Quis
 enim Consiliarius eius fuit? & ipse diuidit
 dona sua pro vt vult, &c. Hęc ille & quidẽ
 non temere. Quę enim, malum, hęc teme-
 ritas est, plusquàm temeraria & impudēs,
 cum Deo rixari, & quasi sub ferulam re-
 uocare quare huic Diuo dederit gratiam,
 quam alteri negauit? Et nemo est qui mire-
 tur, quare etiam virtutem aquarum, her-
 barum, vel etiam gemmarum distinxerit,
 vt non sint eiusdem virtutis, vel paris ope-
 rationis. Admiratione non vituperio hæc
 digna sunt: & præstat in eiusmodi rebus,
 meo quidem iudicio, superstitiosum esse
 quàm blasphemum. Nec enim probantur
 illi qui miraculorum operatiõem, per quæ
 miseris bene fit, potius demoni, quàm diuis as-

N 5

cribere

ARTICVLVS XXI.

cribere volunt. Nolo hic abulum vel quæ-
stum allegas, quæ ego excusare nolim. Est
modus in rebus, ait ille. De reliquijs diuo-
rum in præmissis patrum testimonijs au-
ditum est. Venimus iam ad diuorum Ima-
gines, quas hætenus Lutherani tutati sunt
atq; propugnarunt aduersus Zuinglianos:
& arbitror Vuittenbergenses eatenus no-
bis cõsentire quatenus admittimus & pro-
bamus moderatũ earũ vsum, cauemusque
apud nostros ne vllus hic locus Idololatrię
pateat, nec probamus vt qs neglecto pau-
pere Christo, vestiãt parietes, ligna vel lapi-
des. Neq; enim nos fugit q, olim. D. Am-
brosius in Lucã suã cap. 18. cõquestus fuit,
inquiens: Non quærit Deus donũ defame
parentum. Et multi, vt prædicetur ab homi-
nibus, Ecclesię cõferũt, quæ suis auferũt,
cũ misericordia domestico debeat progre-
di pietatis officio. Cæterũ ex Tertulliani
Apologetico apertè liquet aliquẽ Imaginũ
vsum apud patres prioris Ecclesię fuisse.
Et in Ecclesiasticis historijs legimus de
Imaginib⁹ Saluatoris, itẽ Petri & Pauli, &
aliorum quorundã. Apud Alexãdriã verò
Crucis dominicæ signũ vnusq; in posti-
bus, in fenestris, in parietib⁹ colũnisq; de-
pinxi

ARTICVLVS XXI.

pinxit: sic enim legim⁹ Ecclesiasticæ Hist.
 lib. 11. cap. 29. sic apud Sozo. Tripar. histo.
 lib. 2. cap. 19. videmus in altare signū Cru-
 cis, huiusq; virtutes & Encomia: Sic etiā
 lib. 9. eiusdē cap. 9. mentio fit Imaginis D.
 Mariæ virginis. Nō possum intactū p̄terire
 quod Nicephorus tradidit, Cum pictor q̄-
 dā pingere Saluatorē, inq̄t, secundum simi-
 litudinē Iouis p̄sumpsisset, arefacta est ma-
 nus eius. Hæc ille. Iā ex Chrysofostomi Mis-
 sa cōstat aliquē Imaginū vsū fuisse in Ec-
 clesia cōstantinopolitana: Loquitur enim
 de Imagine crucifixi. Taceo Nicēnam Sy-
 nodū, in qua multorum patrū testimonia
 pro diuorū imaginibus recitātur. At quo-
 niā hoc negotium à multis ante nos tracta-
 tū est, paucis. absoluem⁹. Magna est apud
 Bucerū hac de re disputatio, in ca. Rom.
 1. vbi inter alia sic scribit, Chr̄s verò homo
 cū factus fuerit, hicq; visibiliter versat⁹ sit,
 potest utiq; effigiari, vt & cæteri diui, atq;
 Angeli, quātū q̄ dē attinet ad eas formas, q̄-
 bus ipsi se humanis oculis intulerūt, hoīm
 s. flāmę, aurę, volucrū. Horū ergo imagines
 q̄bus tñ ea de Christo, Angelis & diuis ex-
 primūtur, q̄ reuera gesta sunt, fieri haberiq;
 posse à Christianis non dubitarim, sed ad
 signifi-

signifi-

ARTICVLVS XXI.

significādum monendumque , non autem
vt in his Christum vel angelos , vel Diuos
veneremur , & eas imagines adorem⁹. Hęc
ille , qui etiam post prolixam disputationē
subijcit , nullū vsum imaginum debere in
Templis esse , vbi scilicet populus , non ima-
ginibus , sed verbo & sacramentis erudiri
debebat. Postremò ad Epilogum prope-
rans , ait , At verò quoniam omnino signa
rerum sacrarum per se idonea sunt , vt pios
animos , non sine fructu pietatis excitēt , si
qui illis omnino velint & Tempa ornare ,
vt cunq; hic locus angustior , & sic Euange-
lio , sacramentis & sacris precibus sacer sit ,
vt non omnino conuenire existimē ea pa-
tere mutis imaginib⁹ , modò caueatur , ne
etiā adorētur , his ob id fraternitas in Chri-
sto haud quaquàm renuncianda fuerit. Nā
si arceatur superstitio , ne simulacra ob sint ,
etiam si nulla ab illis , dum sacri aguntur
conuentus , & Euangelium adnunciatur ,
precesque sanctæ funduntur , percipiatur
vtilitas , poterit tamen percipi , alijs tempo-
ribus , dum verba sacra silent. Quod enim
per se impium nō est , & habet vt vel aliqua
ratione piē vsurpetur , id causa esse nequit ,
cuiquā , qui impij vsus cōuinci non potest ,
cōmu

ARTICVLVS XXI.

communione Christi renunciandi. Totidem verbis Butzerus: nam ea sunt quæ instituto nostro conuenire putamus. Quæ de fædis vel falsis imaginibus habet, ite de membris Christi neglectis, nihil à nobis dissentiunt, id quod etiã paulò suprã testati sumus. Habet idem Bucerus de vsu imaginum dissertationem in Psal. 115. quam allegasse suffecerit. Nullam difficultatem hic timemus, ad alia igitur festinemus.

DE VTRAQVE SPECIE Cœnæ Domini Articulus, XXII.

LAicis datur vtraque species Sacramenti in Cœna Domini, quia hic mos habet mandatum Domini Math. 26. Bibite ex hoc omnes: vbi manifestè præcipit Christus de populo vt omnes bibant: & ne q̄s possit cauillari, quod hoc ad Sacerdotes tantũ pertineat, Paulus ad

ARTICVLVS XXII

ad corinthios exemplum recitat, quo apparet totam Ecclesiã vtraq; specie vsam esse. Et diu mansit hic mos in Ecclesia: nec constat quando, aut quo authore mutatus sit. Cyprian⁹ aliquot locis testatur populo sanguinem datum esse. Idem testatur Hiero. qui ait, Sacerdotes Eucharistiæ ministrant, & sanguinem Christi populis diuidunt. Imò Gelasius Papa mandat, ne diuidatur Sacramentum, Dist. 2. de conse. cap. Comperimus. Tantum consuetudo non ita vetus aliud habet, &c.

F. Ioan. Hoff.



Vod Laicis vtramque speciem Sacramenti porrigit Aduersarij scimus, & malelemus ipsos Doctoris sui Lutheri approbasse, & sequutos fuisse sententiam, quã diuersum, non citra temeritatem attentasse. Scripsit autem

ARTICVLVS XXII.

autem illorum Alpha Lutherus, dū adhuc meliorem spem de se pręberet, neq; dū frōtem omnino perfricuisset, in hanc sententiam, Nō dixi, neque consului, neque est intētio mea, vt vnus, aut aliquot Episcopi propria autoritate incipiāt alicubi vtramque speciem porrigere, nisi ita cōstitueretur, ac mādaretur in Cōcilio generali. Hactenus ille in declaratione Eucharistię: quī vtinam nō mutasset sentētiā. Ego certē, sicut non possum negare veteris Ecclesię vsum in administratiōe Sacrosanctę Eucharistię: ita non possum probare Aduersariorum temeritatem. Et vtinam maiori diligentia inculcassent plebiū aurib⁹ quod Paulus dicit, Qui manducat & bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit, &c. quā illud, Bibite ex hoc omnes. Plurimum refert, crede mihi, non quibus sub specieb⁹, sed quo aīo suscipias Christi Corpus & Sang. Sed quid dicā? Aduersarij reuocari volunt veterē cōmunicandi vsum: quod si reuocarent etiā veterē excōmunicandi vsum, vereor ne habituri essēt multos q̄ auerēt vel astare Sacramē. huius de quo loquimur, dispēsatiōi. vos (vereor ne & nos) illis porrigitis corp⁹ D. quos veteres

ARTICVLVS XXII.

vix Christiano nomine dignos cēfuisse.
 Sed si hæc Aduersarij Plebibus suis incul-
 carent, non tam benignos haberent audi-
 tores. Quid ille? Popule meus, qui te beatū
 dicunt ipsi te decipiunt. Sed ad rem pro-
 prius. Legimus institutionem huius Sacra-
 menti in Euangelijs, & eius vsum atque
 rememorationem in Apostolicis literis:
 nec nos latet qualis fuerit vsum patrum su-
 perioris seculi. Et ex S. Thoma Aquinate
 apparet vsum vtriusq; speciei fuisse suo se-
 culo in multis Ecclesijs. 3. par. q. 80. Ar. 12.
 Neque tamen is sum qui existimem hac in
 re, vel impiè vel temerè ab Ecclesiasticis q̄
 nostrum vsum obseruare docuerunt, tenta-
 tum esse. Quod si quis pergat dicere, Pa-
 tres, qui nostrum vsum & docuerūt, & suo
 exemplo probarunt, nec fuisse pios, nec
 doctos, videat ne ipse impius & indoctus
 cōuincatur proteruè cornicum, quod dici-
 tur, oculos configere. Certè me non parū
 mouet quod vsum noster tam diu obtinuerit
 in Ecclesia, vt non constet certò quis nā
 eius autor fuerit. Profectò si impium foret
 altera tantum specie Ecclesiæ vti, tot sancti
 Deoq; deuotiss. patres ac doctores vtiq; ad
 errorem eiusmodi sopiendū incubuissent.

ARTICVLVS XXII.

An verò à tempore illo nullus alba q, dicat
 Gallinè filius, prepsit q potuisset institutū
 Christi vendicare? Què enim Christiana
 religio erroris nescia suscipit, ait Damasce
 nus, & in tot secula seruat inconcussa, mi
 nimè vana sunt, sed vtilia, Deo placita, salu
 tique nostræ conducibili plurimum. Soli
 Luthero s. reseruatum est, vt tanquàm al
 ter Esdras Domini legē restauraret. Ad
 dam, Non latet Aduersarios, quid olim in
 administratione Eucharistiæ immutatum
 fuerit à patribus. Quare ad imitationem
 veteris Ecclesiæ non etiam communicant
 infantes corpore & sanguine Domini?
 Quare non ad imitationē Ecclesiæ Corin
 thiorum collatis epulis, in Téplo sub Cœ
 nam Domini conuiuantur? Immutatum
 & antiquatū hoc esse, dicent. Accipimus.
 Expectare ergo oportebat & ipsos, hac in
 re, Ecclesiæ iudicium. Quod si cum Luth
 ero suo hic perrexerint nolle audire Eccle
 siam in eo quod à Christo institutum est,
 periculum est ne aliquot illorum dogmata
 casura sint. Recordetur dogmatis sui de nō
 expresse pceptis, &c. Enim verò sub dubito
 Aduersarios sua temeritate in altissimè ne
 gotio concordie, dedisse causam Sacramē

o

tatio

ARTICVLVS XXII.

tariorum temeritati : immò & prouocasse iram Domini (qui illud voluit esse Symbo- lum pacis, quod illi fecerunt tesseram om- nium litium,) vt vulpes istas pestilentif- simas, Sacramentarios puta, non prohibu- erit. An ne discipulis Lutheranorum acci- dit, quod cani illi Aesopico? An non p carne vmbra accepertunt? Noluerunt ab Ec- clesia quæ ipsos Christo genuerat, accipe- re sub speciebus panis verum corpus Do- mini, vtique non præter sanguinem: & co- acti sunt à suis accipere inania signa, pané & vinû. Et hic vide gradus p quos deuen- tum est ad hanc Sacramentariorû hæresim. Lutherus ab initio negauit autoritatē Ec- clesiæ: qua negata licebit cuilibet ex pro- prio capite sibi fingere nouas scripturæ in- terpretationes, aut potius deprauationes. Lutherus ergo contēpta Ecclesiæ interpre- tatiōe, trāssustantiatiōe impugnat, suaq; interpretatione confirmare conatur. Hoc vidēs Zuinglius, cōtēpta & Ecclesiæ & Lu- theri interpretatione, propriā adfert cū Lu- thero vult habere in cœna panem vinum, contra Ecclesiam verò & ipsum Lutherum negat corpus & sanguinē Domini in cœ- na: Rogas qua autoritate? Ea qua Lutherus
trans-

Sic Irene.
aduersus
Hære.
li. 2. ca. 12.

ARTICVLVS XXII.

trāssubstātionē impugnat, nimirū pprijs
 adinuerionib⁹ contēnēdo Ecclesiā, & nouā
 verborū Chri fingēdo interpretationē. Hęc
 igť vidētes Anabap. neq; Eccles. neq; Luth.
 neq; Zuingliū audire volūt, & etiā sibi sua
 & noua fingūt somnia. Sed hęc satis p tē-
 pore. Meo iudicio Ecclesia nostra, q̄ Euāge-
 liū chri & habet & seqtur, q̄ à spiritu sancto
 in oēm veritatē ducitur, adeoq; est colūna
 & firmamētum veritatis, nihil temere, sicut
 & suprā admonuim⁹, nihil impiē immuta-
 uit: & hui⁹ ipsius Matris nrę expectam⁹ sen-
 tētiā tā in his q̄ in alijs. Cur ego Matri meę
 cōtradicerē? Hęc mihi Euangelium tradidit,
 hui⁹ itaq; interpretationē ab illa nō in-
 iuria expectare me puto. Quod aduersarij
 allegāt Euangeliū, Apostolos, Patres, nihil
 hic nos remoretur. Scripturis sacris suā au-
 thoritatē saluā & sacrosanctā volumus, Pa-
 truitē nō contēnimus testimonia, sed horū
 oīm sensum ceu diximus, à spiritu Eccle-
 się expectamus. A nostris dictū est, q̄ à no-
 bis hoc loci dici potuit: ab illis ergo pius le-
 ctor copiosiora quęrat. Neminē ex Catholī-
 cis legimus hacten⁹, q̄ nō volēs in hoc nego-
 tio expectet iudiciū Ecclesię & in horum
 sententiam manibus & pedibus concedo.

O 2 DECON.

ARTICVLVS XXIII.
DE CONIUGIO SA-
cerdotum Articulus, XXIII.

Publica quærela fuit de exem-
plis Sacerdotum, qui non con-
tinebant: quam ob causam & Pius
Papa dixisse fertur, fuisse aliquas
causas cur ademptum sit sacerdoti-
bus coniugium, sed multò maiores
esse causas, cur reddi debeat. Sic
enim scribit Platina, Cum igitur Sa-
cerdotes apud nos Publica illa scâ-
dala vitare vellēt, duxerunt vxores,
ac docuerunt quod liceat ipsis cō-
trahere Matrimonium, &c. Con-
stat etiam in Ecclesia veteri Sacer-
dotes fuisse maritos. Nam &
Paulus ait, Episcopum eli-
gendum esse qui sit
maritus, &c.

F. Ioan. Hoff.

ARTICVLVS XXIII.

F. Ioan. Hoff.



Ultæ hîc congerunt Aduer-
sarij quæ verissima esse nõ
imus inficias. Quid igitur
pronunciemus? Articulus
hic, sicut & proximus de
quo iam disputauimus, ad ius posituum
pertinet, id quod neminem negare puta-
mus. Expectanda itaque & in hoc negotio
fuerat sententia Ecclesiæ. Rectè, haud du-
biè, Pium papam dixisse credimus, fuisse
causas cur adimeretur sacerdotibus coniu-
gium, sed multo maiores esse causas cur
reddi debeat. Hæc igitur Pontificis sen-
tentia ponderanda est. Legimus apud pa-
tres veteris Ecclesiæ maxima cælibat⁹ en-
comia, id quod nec Aduersarios latere po-
test. Prudenter itaque prospiciendum fu-
erat, vt clerus veteri suæ restitueretur pu-
ritati quocunq; tãdem modo (pio tamen)
fieri posset. Quod si impuritas illa clerico-
rum huius sæculi, alia ratiõe caueri vel to-
lli nõ potest nisi permissione conjugij, nõ
ignoramus Ecclesiæ, vt negotium hoc ali-
ter instituat suam super esse autoritate nõ.

o 3

Cogitan-

ARTICVLVS XXIII.

Cogitādū etiā est, vtrum expediāt ob quorundam leuitatem, tam bonam immutare consuetudinem: an ne impuriore cogere in ordinem. Certè quod Ecclesia super Cælibatu instituit, Diabolicū nō est: quoniam illud ipsum instituit non in præiudiciū matrimoni, sed in profectum Euangelij. Tollantur radices impuritatis, ebrietas, luxus, otium, & periculosa cum leuiorib⁹ mulierculis cōsuetudo: in horum aut locū substituatur abstinētia, cōtinentia, sacra lectio, cura diligens animarum, & nulla erit necessitas relaxandi cælibatum. Dum enim venter à gustu pinguescit, inquit D. Basilius, necesse est & partes sub ipso à redūdante humore in profundo ebulliente, ad naturales operationes concitari: Suppediat enim venter incumbens illis, quæ ad cæstrum incendunt. Hæc ille. Nec diſsimilia habes apud Diuū Hieronimum de custodienda virginitate ad Eustochium. his addam: Caueatur ne, iunioribus & rudioribus ad sacerdotium pateat aditus, nisi illi bonam spem de se exhibuerint, vtiles se fore ad ministerium siue Diaconium Ecclesiæ Christi. Multi iam sic ad sacerdotiū accedunt, nunquàm accessuri, si certi essent sibi

ARTICVLVS XXIII.

sibi nūq̄ p̄mittēdas fore cōcubinas. Sed q̄d
 multis? Ex veteri testamēto liquet, sacerdo
 tibus p̄missum cōiugiū, certa tñ cōditione
 id q̄, ab aduersarijs nō obseruatur. Vide Es
 pistolā D. Leonis 49. Et ex certis historijs
 patet maiorē partē sacerdotū semp̄ vixisse
 in cælibatu, causas Ambrosi^o & Augustin^o
 alibi scripserūt. Extāt etiā sup̄ hoc cōciliorū
 & summorū p̄rificū decreta: an verò hæc
 oīa ob hui^o sæculi malitiā rescindēda sint,
 aliorum esto iudiciū. Suprà testati sumus,
 nos nolle derogare Ecclesiæ, multo minùs
 eius autoritatē velle contemnere: & repeti
 mus Ecclesiam nihil habere cum illis quos
 Paulus scribit demoniorum doctrinas in-
 tro ducere. Hereticorum est damnare con-
 iugia, inquit Hiero. & Dei spernere cōdi-
 tionē. Et, iuxta August. sentētiā, ille prohi-
 bet nubere, q̄ hoc malū esse dicit, nō q̄ huic
 bono, aliud melius antè ponit. Cōtra fau-
 stū lib. 29. cap. 6. Sed lubet nōnullas Patrū
 sentētijs sup̄ cælibatu adscribere. Origenes
 Hom. 4. in Leui. sic scribit: Ante oīa Sacer
 dos qui diuinis assistit altaribus, castitate
 debet accigi. Et in cap. Matt. 19. Qui vult ca
 pax esse verbi quod de castitate positū est,
 petat credēs dicēti, & accipiet, nō dubitās

Con. ioui.
lib. 1.

ARTICVLVS XXIII.

de illo quod dictum est, Omnis qui petie accipit. Ad hunc ferè modum D. Augustinus etiam loquitur: Non eos terreat, inquit, sarcina continentia, leuis erit si Christi erit, Christi erit, si fides aderit quæ impetrat à iubente quod iusserit. Audiamus & D. Ambr osium castiss. Epis. sententiam quam in 1 Cor. cap. 7. habet; Qui vxorem ducit vtiq; non peccat, quia quod cõcessum est facit. Si verò cõtèpserit, MERITVM sibi collocat & coronã. Huic castiss. Episcopo succedat maximus virginitatis & continentia Encomiastes D. Hieronam & huius autoritatem nemo sanæ mentis contemnere audet. Si Laicis imperat Paulus, vt propter orationem abstineant ab vxorum coitu, quid de episcopo sentendum est, qui quotidie pro suis populiq; peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas? Hactenus ille. Cæterum quod ad votum continentia attinet, suo loco nõ nihil dicemus; nam & hoc ipsum diligentissimè tractarunt veteres. Quod hic addam amplius, non habeo. qui calibatam Ecclesie Hæreseos accusant, ipso facto declarant q̄ diligenter versati sint in veterũ scriptis, & quanti illi apud hos sint vel nominis vel auctoritatis.

In Titulo

ARTICVLVS XXIII.

toritatis. Augustinus hic nobis catastro-
phen absoluat. Cubilia & impudicitiam
magnum crimen putantur, vt nemo dig-
nus, non modò Ecclesiastico ministe-
rio, sed etiam Sacramentorum commu-
nionem videatur, qui se isto peccato macu-
lavit, &c.

Epist. 64.
ad Aurel.

DE MISSÆ SACRI-
ficio & ritibus Arti-
culus, XXIII.

Falso accusantur nostræ Eccle-
siæ, quod Missam aboleant: re-
tinetur enim Missa apud nos, & sum-
ma reuerentiâ celebratur. Seruantur
& vsitate cæremoniæ ferè omnes,
præterquàm quod Latinis cantio-
nibus admiscentur alicubi Germa-
nicæ, quæ additæ sunt ad docendū
populum, &c.

F. Ioan. Hoff.

O. 5

Quid

ARTICVLVS XXIII.



Vid porrò nos ad hoc dicemus? Quis confessionē hāc improbare aufit? Quis innocentes illos & simplices, scilicet Christi discipulos abnegatæ & reiectæ Missæ accusare potuit? An non audis? Falsò accusantur Ecclesiæ Lutheranorum quod missam aboleant. Quid igitur libellus ille de abroganda Missa? itē contra execrabilem Canonem? Retinetur Missa apud vos? Et summa reuerentia celebratur? Hæc forte Vvittenbergæ fiunt, sed quid apud alios Evangelicos, & Lutheranos & Zuinglianos agatur, obscurū non est. Altaria demolita sunt, imagines partim combustæ sunt, partim reclusæ in carceres. Nō enim sic solent sequi in principes, sicut in gregarios milites. Vestitus Ecclesiasticus in pauperum vsus sic conuersus, vt medici nihilo melius habeāt. sed hæc quoniam odiosa sunt plus satis. Hic porrò iam quæritur, si missa modo præscripto, & iuxta quod confitetur nostra Cōfessio, à Vvittenbergensibus peragitur, quid prohibet, quominus illud ipsum ab alijs Evangelicis fiat? Si Missa aliquid pietatis habet, non in totū negligēda fuerat; hoc quod à Zuingli-
anis

ARTICVLVS XXIII.

anis fit. Si impia, quare non ab vtrisque re-
legatur? Si verò neutra & adiaphora, quare
pro & contra hanc tam importunè vocife-
rantur? Si itē partes vno eodemq; diuino
aguntur spiritu, quare Zuingliani in Missa
iā lōgè antea viderunt, quod hætenus Lu-
therani vel nō agnoscut, vel agnoscere dis-
simulāt? item si, missam adiaphoram putāt,
quorsū cū Blasphemis Nænijs C. Melhof-
feri & aliorum quorundam maledictis in
Canonem Missæ eiaculatis? Extant multæ
tractationes & retractatiōes Lutheri, Zuin-
glij, Ionæ & aliorum, quæ quomodo cum
hac Confessione conueniant, viderint ip-
si, qui Confessionem & huius Apologiam
identidē obtrudunt. Nō abolēt Lutherani
Missam, sed Luthe. sed nouiter excogita-
tā, sed miserè dilaceratā, sed à nra porrò di-
uersam, & in cōtēptum Ecclesiæ confictā.
Et hæc ipsorū Missa eius notæ est, vt Zuin-
glianis, si nō superstitio, certè lusus videat̃
Qui igitur fit, quod quum ipsi inter se ip-
sos digladiantur de sua ipsorum Missa,
nobis nostram nescio quò relegarunt?
Quis non legit vel vnus Landspergij tri-
umphos qui in hoc vnico Lutherō con-
uincere videtur, quod confictam mortē &
sepultu-

sepultu-

ARTICVLVS XXIII.

sepulturam bonæ Missæ populi applausibus exhibuerit? Sed ad répropius. Quod ad hoc negotium attinet, sunt, opinor, in nostra missa quibus præcipuè tenellæ quorundam aures offenduntur, hæc quæ sequuntur: *Pompa cæremoniarum, Quæstus, peregrina & populo non intellecta lingua, Sacrificij, vt ipsi aiunt, non intellecta appellatio, Opus operatum, Diuorum inuocatio, & pro mortuis suffragia.* Ad singula respōdemus, nihil hic vel fingētes vel astu quodam occultantes. Qui quæstum sequitur, nobis non probantur, nec ipsos excusabimus vnquam. Quorum Deus venter est, inuenient cui rationem, velint, nolint, dare cogentur. Cæremoniæ in superioribus defensionæ sunt: ne claret Aduersarios quales in hoc Sacro apud veteres habitæ fuerint cæremoniæ: habent etiã perspectissimum quanta apud Catholicos in re cæremoniarum fuerit libertas: & hæc omnia citra cuiusquam offendiculum. Qui mihi hac in re diffidit, libros quæ hæc præscribunt consulat. Monachorum sicut in vestitu, ita & in cæremonijs mira est varietas, neque tamen putamus quemquam hac de re fuisse schandalizatum. Cæremonias ego cum

pictu

vide Gre-
go. Pont.
ad inter.
rogata Au-
gustini Cæ-
suarin.
cap. 3.

ARTICVLVS XXIII.

picturis eodem in loco posuerim: ad docē-
dum vtraque plurimum valent, hoc quod
Aduersariorum saniores vtrò fatētur.

Iā quod ad peregrinam & vulgo nō in-
tellectam linguam adinet, cū nemine cō-
tenderim. Concedant nobis morem eius
linguæ latinæ, & tum Cōcionatores suos
compellant, vt omnem Ecclesiæ vsum pro
Concione simplicioribus interpretentur:
hoc quod à priscis patribus factitatum es-
se argumento nobis sunt, quæ Chryso-
stomus, Ambrosius, Augustinus & alij in suis ad
populum Tractatibus habent. De Chry-
stomo certi sumus ex huius homelijs,
ex quibus ego non ita pridem, in gratiam
studiosorum, non nihil eius generis colle-
gi. Ambrosij libri de Sacramentis notio-
res sunt, quàm vt longiori probatione op-
sit. Inter Augustini nostri commentarios
non semel tantum datur reperire, quæ ex
missæ nostræ verbis populo suo interpre-
tatur.

Iam difficilior disputatio super est, ni-
mirum quod de opere operato, & opere
operantis conquerūtur. Hic principio A-
duersarijs meritas ageremus gratias, si ad-
scripsissent loca Scholasticorum, qui tātā,
quantam

ARTICVLVS XXIIII.

quantam illi exaggerant, impietatem docuerunt, vel potius simplicioribus persuaferunt. Nisi enim me fallunt omnia, aut Aduersarij nostri illa contenti sunt (sicut alia multa in negotio iustificationis: vt s. omnium odijs Scholasticos exponerent) aut quod verisimili⁹ est, intelligere vel nolunt, vel nō possunt, q̄ Scholastici de ope operato, & de ope operatis scriptū reliquerūt. Aduersarij opus operatū ad Ministrum referunt, quod Scholastici ad christū, hostiā illā viuā, & verū Sacrificiū ppiciatorium referunt. Cū enim nos dicim⁹ Sacrificiū Missæ efficacissimū esse fidelib⁹ ex ope operato, ad opus illud respicimus, q̄ p̄ Christū in Ara crucis opatū est. Si vn⁹ Agn⁹ est, in Cruce & q̄ in Cœna nostra, quō nō potest idē esse effect⁹? De differētia Sacramēti & Sacrificij Scholastici, si cōsulueris, abūde & piē respōdebūt: nos breuitati studem⁹. Quod accusāt nos de nō bono motu vtētis, tam verum est q̄ falsissimum. Vide obsecro Ecclesiæ publicas orationes quas Collectas, vulgō appellāt, & videbis q̄ immeritō ibi calūniam ab Aduersarijs iustineamus. An qui precatur populo à Deo fidē, charitatē & ceteras virtutes, idē sentire potest

ARTICVLVS XXIII.

test in Sacrificijs nostris non requiri bonū
 motum vrentis? Item, quomodo excludere
 possunt bonum motū, qui nusquam nō
 meminerunt ponentis obicem? Distingue
 dum autem est ibi, qm̄ disputatio est quæ
 ad virtutem Sacramentorum adtinet, hoc
 quod & alibi diximus. Neque enim ad bo
 num motum nostrum respiciendum ve
 biq; sed ad institutionem & p̄missionem
 Christi. In baptizando paruulo, quem bo
 num motum requiras? Alia est disputa
 tio de Adultis, alia de infantibus: hij enim
 non possunt ponere obicem, sed illi. Sed
 hac de re non nihil adijciemus in sequen
 tibus. Nam primò omnium audiendum
 quod nam illud dogma Scholasticorum
 sit, de opere operato, & opere ope
 rantis. Albertus ille Ratisbonensis E
 piscopus sic scribit in caput Ioannis 6.
 Antiqui, inquit, dixerunt quod est opus
 operantis & opus operatum. Opus o
 perans est, quod est in operante virtutis
 opus, vel à virtute elicatum, vel quod est
 essentialis virtutis actus. Et sine illo nihil
 valet virtus ad salutē. Opus autē operatū est
 extrinsecum factū, q; Apothelema vocant
 Sancti, sicut operatū Legis sacrificiū factū,
 vel

ARTICVLVS XXIII.

vel circumcisio facta, vel tale aliquid. Et si
ne illo bene iustificat fides, cum operibus
virtutum interioribus, Haftenus ille, cui
subijciam non indoctum presbyterum, &
omnium penè scholasticorum rapsodum
Gabrielem Biellum, cuius hæc sunt verba,
Lectio. 26. In Canonem Missæ: Missa,
inquit, potest valere & efficaciam habere
dupliciter, vno modo, ex opere operante,
alio modo, ex opere operato. Ex opere
operante, hoc est, ex merito personali per-
sonæ celebrantis: propter quod confert De-
petita à sacerdote eis quibus orationem
& Missæ sacrificium applicat. Ex opere o-
perato, hoc est, ex ipsa consecratione, ob-
latione, & sumptione venerabilis Eucha-
ristiæ, non habendo respectum ad perso-
nalem sanctitatem, aut meritum sacerdo-
tis. Et hoc potest intelligi dupliciter: Vno
modo, quod hic valor sit ex diuina institu-
tione, qui efficaciter determinauit se ad
conferendum quosdam effectus gratuitos
& salutes ad cōsecrationem, oblationē
& sumptionē corporis & sanguinis Chri-
sti factam à sacerdote: sicut dicimus de cæ-
teris sacramentis Nouæ legis, quod habet
virtutē ex Christi institutione, Alio modo

dici-

ARTICVLVS XXIII.

dicitur Missa habere effectum, & esse accepta Deo ex opere operato, præcisè ratione oblationis Sacrificij quod in Missa perficitur: non attendendo Christi institutionem (quia oblatio non videtur Deo grata esse, nisi sit alicuius offerentis grati & accepti) Est autem duplex offerens s. immediatè & personaliter. Alius offerens mediatè & principaliter. Primus est, Sacerdos offerens, consecrans & sumens Sacramentum, qui ita in persona sua, autoritate tamen diuina, hæc perficit, quod nemo alius, in sic offerendo secum concurrit. Offerens verò mediatè & principaliter est Ecclesia militans, in cuius persona Sacerdos offert, & cuius est in offerendo minister. Est enim hoc Sacrificium totius Ecclesiæ. Primus offerens non semper est gratus Deo, nec semper huic placet, quia sæpe peccator est. Secundum offerens, Deo est semper acceptum, Quia Ecclesia semper sancta est, & vnica spōsa Christi. Hactenus ex sententia Gabriëlis, in quibus nihil opinor impij vel exhiberi vel occultari. Præsbytero Gabriëli subijciam ex media ætate Abbatè D. Bernardum, cuius autoritatem non vno in loco videmus aduersarijs esse sacrosanctã. Hic ergo nõ min⁹

P

pius

ARTICVLVS XXIII.

pius quã doctus Abbas de Baptismo paruulorum cõtra quosdam contentiosos disputans, inquit: Considerent hæc qui de opere & voluntate contetiosis solent disputationibus corrixari. Considerent & aduertant neutrum negligi oportere, vbi nõ videtur deesse facultas (loquitur autem de externo Sacramenti ritu) præsertim cum vtrumque sine altero, vbi tamen facultas deest, non modò salutem conferre possit, sed etiam sanctitatem. Sed & hoc quoque firmiter teneant: prodesse quidem opus sine voluntate, non autem contra voluntatem, vt vnde saluantur infantes, inde magis damnentur fictè accedentes. Hactenus ille sermo, de innocentibus. Sed rogas forte quid hæc ad Parmenonis, quod dicitur, Suem? At tu velim cogites omnẽ questionem de opere operato & opere operantis, pertinere ad disputationẽ efficacie Sacramentorum. Ex Bernardo autem intelligis Sacramentorum virtutem nõ ideo labefactari quod accipientis voluntas illam suscipere non possit, modò nõ ponat obicem. Neque refert quicquã quod ille de Baptismo, nos autem de Eucharistia loquimur: Sacramenta enim virtutem & efficaciam

tiam

ARTICVLVS XXIII.

Nam suam ab vna origine ducunt, nimirū
 à Dño, ab huius inquam, ordinatiōe & vo-
 luntate, non ab offerētis, hoc est, ministri,
 vel etiā suscipientis fide, dignitate, vel de-
 uotione, hoc quod Luther⁹ ipse multis in
 locis fatetur. Perpetuò enim verum est q̄
 August. ait, Non in merito cōsecrātis, &c.
 Ego certè nō video, quidquid tandem alijs
 de meo iudicio iudicauerint, quid quan-
 tum uē ex Scholasticorū dogmatis gloriæ
 Christi derogari possit. Quòd si Aduersa-
 rij perrexerint dicere, Scholasticos nequē
 Biblia neq; patres priscos, vel nō legisse, vel
 non intellexisse vnquam, profectò Iuā im-
 pudētiā palā aperiet, & p̄ter meritū Patres
 multo meliores se temere cōtēnent. Res ip-
 sa loquitur quantus vel qualis fuerit vel vn⁹
 Thomas Aquinas, literarū heluo, q̄ anxius
 fuerit, ne quid peccaret in S. literas, quā di-
 ligens in cōcordandis patrum sententijs.
 De Alberto, Arinimiē. Biello & reliquis di-
 ligentiss. Scholasticis nihil dixerim. Libē-
 ter hic impudētię notā agnouerī, si q̄d sciēs
 hic finxerim. Profectò Scholastici tot ra-
 tiones suorum dogmatum afferunt, vt vel
 le cæteris, sibi certè ipsis p̄suasisse videātur,
 meque sua ipsorū autoritate porrò frāgant.

ARTICVLVS XXIII.

Præterea si Aduersarij omnino induxerunt animū de opere operato & opere operantis nihil audire, quid fiet de Articulo. 5. & 8. ipsius Cōfessionis quam tanto pereprobant. In Quinto fatentur per verbum & Sacramenta donari spiritum sanctum, tanquā per instrumenta. In Octauo docent Sacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Christi esse efficaciam, etiamsi per malos exhibeantur. Quod si Aduersarij hīc ex animo loquuntur, an ne opus operatum, & opus operantis, tectis verbis verecūdi agnoscūt? Quod enim ipsi mandatum & ordinationē Christi, hoc Scholastici op^o operatum vocant. Quod Aduersarij de malo ministro loquuntur, hoc ipsum op^o operantis à Scholasticis vocatur. Sed his intermissis audiamus D. Aquinatem, quid ipse de virtute Sacramentorum sentiat: nam hac in re omnis disputationis nostrę cardo vertitur. Necesse est, inquit, dicere Sacramenta nouæ legis per aliquem modū gratiā causare: manifestū enim est, quod per Sacramenta nouæ legis, homo incorporatur Christo, sicut de Baptismo dicit Apostolus, Gal. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum in-

ARTICVLVS XXIII.

induistis. Non autem efficitur homo mē-
brum Christi, nisi per gratiam. Causant au-
tem Sacramenta gratiam, inquit idem, nō
principaliter, sed per modum instrumen-
ti quod s. aliunde mouetur, nimirū à Chri-
sto: hic enim iuxta suam Ordinationem
per illa operatur gratiam, sicut Paulus di-
cit, Per lauacrum regeneratiōis saluos nos
fecit, &c. Rursum, inquit, Sacramenta per
propriam operationem quam exercēt cir-
ca corpus quod tangunt, efficiunt operati-
onem instrumentalem, ex virtute diuina,
circa animam, &c. Cardinalis Caietanus
eiusdem sententiæ est, quum scribit, Eu-
charistia habet virtutem collatiuam gratiæ
ex se: nam res signata contenta in hoc Sa-
cramento, est ipse Christus, &c. in 3. Par.
Thomæ. Quæst. 79. Articulo 2. Porro quod
ab Aduersarijs flagellantur Scholastici qui
simpliciter docuerūt non requiri bonum
motum vtentis in suscipiendis Sacramen-
tis: quis nō videt vel ex superioribus, quō
hallucinati sint, non enim ausim dicere, q̄
impudenter mentiti sint Aduersarij. Audi
obsecro, quisquis cupidus & amans veri-
tatis existis, quid in hoc negotio Thomas
admonuerit ; In hoc Sacramento Eucha-

ARTICVLVS XXIII.

ristiæ, inq̄t, maior requiritur deuotio q̄ in alijs Sacramētis, propter hoc, q̄a in hoc Sacramento totus Christus cōtinetur: & etiā cōmuniter, q̄a in hoc sacramen. requiritur deuotio totius populi, p̄ quo sacrificiū offertur, & nō solū p̄cipientiū Sacramētum sicut in alijs sacramentis. Et ideo vt Cypri. ait, Sacerdos p̄fatione p̄missa, parat frat̄rū mētes, dicēdo, Sursum corda: vt dū respondet populus, Habem⁹ ad Dñm, admonetur se nihil aliud cogitare debere quā Deū. Et alibi scribit, Sicut passio Ch̄ri non habet suū effectū in ijs q̄ se ad eā nō habēt vt debēt, ita & p̄ hoc Sacramētum nō adipsiscūtur gloriā q̄ indecēter suscipiūt. Vnde Aug. Aliud est Sacramētū, & aliud virt⁹ sacramenti. Multi de altari accipiūt, & accipiēdo moriūtur. Haftenus Aquinas, qui in eadē quæstiōe expressis verbis inq̄t, Quicunq; habet in se cōscientiā peccati mortalis, habet in se impedimen. &c. An q̄ hoc dicit, videtur non requirere bonum motū suscipiētis hoc Sacramētum? Iam, opinor, incusabunt nos negligere statum causæ, saltare extra chorū, nec intentū esse ad scopum cōtrouersiæ: quasi cū illi à nobis quærat de adstante & auditore missæ, & nō suscipiente

ARTICVLVS XXIII.

cipiēte Eucharistiā, nos de sumēte respon-
 deam⁹. Accipim⁹. Quæstio itaq; est, Vtrū
 Sacramētū Eucharistiæ alijs quā ipsam su-
 mētibus p̄sit? Hanc quæstionē nō ineptē
 excusserūt Scholastici: sed nos ne prolixio-
 res simus, vnus Aquinatis verba subijcie-
 mus, vtinā nō surdiscanam⁹. D. Thomas
 ipse sibi opponit, quæ iā nobis ab Aduer-
 sarijs obijciūtur, s. quod hoc Sacramētum
 eiusdē generis sit cū reliquis sacramentis,
 q̄ nō profunt nisi sumētib⁹, &c. Respōdet
 ergo in hæc verba, Hoc Sacramētū, inqt, nō
 solū est Sacramētū, sed etiā est Sacrificiū: in
 quātū enī in hoc Sacramēto reṑsentat̄ pas-
 sio Chrī qua Christ⁹ se obtulit hostiā Deo,
 vt dicit̄ Ephe. 5. habet rationē sacrificij: in
 quātū verò in hoc Sacramēto traditur inui-
 sibilis grā, sub uisibili specie habet rationē
 Sacramēti. Sic ergo sacra. hoc sumētib⁹ q̄dē
 prodest p̄ modū sacramēti, & p̄ modū sacri-
 ficij q̄a p̄ oīb⁹ sumētibus offertur, &c. Sed
 alijs q̄ nō sumunt prodest p̄ modū Sacri-
 ficij, in quantum pro salute ip̄sorū offertur.
 Quę ex Canone missæ addit, qm̄ aduersa-
 rijs lusus est, nolim referre. Quod hic Tho-
 mas habet, id ipsum tota schola, sūmo cōsē-
 su docet: p̄pterea ex vno Thoma disce oēs.

ARTICVLVS XXIII.

Quid igitur iam restat, nisi vt tandem recipiant Aduersarij oculos, & quod ignorat, quodq; sibi ipsis absurdum videtur, à Scholasticis petant. Verùm sat scio, ipsis quidē Aduersarij iudicibus, non admodum feliciter à me vētilatum est, vt qui ex nō cōcesso Missæ Sacrificio, Missam probare uerim. Subijciendum itaque est gradatim quid de Sacrificio Missæ senserunt Scholastici, qui cum nec impij nec indocti fuerint, cum sacras literas ab initio imbiberint, cunq; Priscorum Patrum scripta non ignota nec pauca habuerint, cum itaq; sic res se habeat cum Scholasticis, inquàm, qd de ipsorum fide dubitauerit? Nihil hoc quidē in negotio adducunt Aduersarij, quod à bonis illis Magistris non fuerit egregiē ventilatum. Sed audi ex tanto Scholasticorum numero, vel vnum Aquinatem. Duplici ratione celebratio huius Sacramēti, Christi immolatio dicitur: primò quidē, quia sicut dicit Augustinus ad Simplicium, solent imagines earum rerum nominibus appellari, quorum imagines sunt, sicut cū intuentes tabulam aut parietem pictū, dicimus: Ille Cicero est, ille Salustius est. Celebratio autē huius Sacrificij, imago quēdā est

3 Par. q.
810

ARTICVLVS XXIII.

est representatiua passionis Christi, quæ est vera immolatio: & ideo celebratio huius Sacramenti dicitur immolatio Christi. Vnde Ambrosius dicit super Epist. ad Hebræos, In Chro semel oblata est hostia, ad salutē sempiternā potēs. Quid ergo? Nōne per singulos dies offerimus ad recordationem mortis eius: Alio modo, quantū ad effectum passionis: quia s. per hoc Sacramentum participes efficimur fructus dominicæ passionis, &c. Quantum igitur ad primum modum, poterit dici Christ⁹ immolari, etiam in figuris veteris testamenti, vnde Apocalypsis 13. dicitur, Quorū nomina non sunt scripta in libro vitæ & agni qui occisus est ab origine mundi. Sed quātum ad secundum modum, proprium est huic Sacramento quod in eius celebratione Christus immoletur. Et hæc quidem ille, cui ne dicas obsecro, nec Biblia nec Patrum scripta visa esse: qua de re etiam supra admonuimus. Allegatur apud eundē quasi cōtradiçtoriu, vnica oblatione Christum consummasse omnes sanctos &c. Et, Christus tradidit semetipsum hostiā Deo &c. Additur ex D. Augustino. In immolatione Christi idē est Sacerdos, & hostia &c.

P 5 Rursum

ARTICVLVS XXIII.

Rursum ex sententijs D. Augustini à Profpero collectis: Semel immolatus est in semetipso Christus, & tñ quotidie immolatur à semetipso, &c. Quid igitur restat, nisi vt Aduersarij Patres Priscos, vel infantiae vel impietatis arguant: q̄ q̄ bene illos deceat ipsi viderint. Thome, immò vniuersę scholę sētetiã sup sacrificio Missę, Gabrielille Biellus copiosiss. deducit lectio. 85. in Canonē Missę, quò lectorē remittimus. Porro quid iã præmissis addēdū sit, vix vido. Canonicis literis nihil & in nullo cōtradiciamus, Priscos veteris Ecclesię patres sua autoritate nō spoliāmus, Scholasticos ab illis dissentire cōstanter & meritò negamus, Ecclesię vniuersalis cōsensum p̄ nobis habem⁹: ideoq; nō licebit nobis in Aduersariorum Castra cōcedere, nisi in horū gratiam, piū videatur, illis impietatis notā inurere. Ac occinūt Aduersarij à sua parte stare patres, hosq; à nobis, vt q̄ sacrificij nomen nō intelligamus, iniuriã pati: quasi si ipsi lynceos habeāt oculos, nos verò talpis simus cęciores. Ecclesia hætenus periculum fecit q̄ certò vobis cōstet de vera scripturæ intelligētia, quantæ uē apud vos autoritatis sint patrū piæ lucubrationes.

Anne

ARTICVLVS XXIII.

An ne prima vētilatione, egregiè ludit ope-
 ram Lutherus contra missam, ex qua non
 sacrificium, sed testamētum maximis pro-
 testationibus facere instituerat? Qui co-
 natus nō solū à nostris, sed etiam à vestris
 impeditus, immò & elusus est. Etsi enim
 Zuinglius nolit agnoscere Missę sacrificiū,
 tamē cōstāter docet Missam cōmemorati-
 onē sacrificij in cruce peracti. Quis autē nō
 videt Zuingliū à nobis, cōtra Luthe. pug-
 nare? Facile enī accipim⁹ Missā esse cōme-
 morationē sacrificij in cruce peracti. Audi-
 mus à Christo: Hoc facite in meā cōmemo-
 rationem. Et à D. Paulo, Quotiescunque
 manducaueritis, &c. mortem Domini an-
 nunciabitis. Nec quisquam Scholasticorū
 vnq̄ negauit Missam sacrificij in cruce pe-
 racti cōmemorationem esse. Quod Zuing-
 glius cōmemorationem, Aquinas me-
 moriale vocat, inquit: Hoc Missę sacrifi-
 cium, quod est memoriale dominice pas-
 sionis, non habet effectum nisi in illis qui
 coniunguntur huic Sacramento per fi-
 dem & charitatem. Hæc tam clara sunt
 vt ne contra quidem mutire ausit quis-
 quam. Nihil noui igitur pepererunt tur-
 gidi illi montes, quando crambem toties
 repe-

ARTICVLVS XXIII.

repetunt Missam s. esse commemorationē
 & representationē Sacrificij in cruce per-
 acti. In quo ergo dissonantia? In hoc opi-
 nor, q̄ Aduersarij Missam nihil aliud vo-
 lunt esse nisi commemorationem Sacrifi-
 cij semel in cruce peracti. Nos autem sic
 agnoscimus Missam esse & dici memori-
 ale dominicæ passionis, vt nihilomin⁹ &
 certò sit & verè dicatur Sacrificiū. Et hoc
 non est inuentū scholæ, sed huic ex sacris
 scripturis à Priscis Patribus quasi per ma-
 nus traditum. Quod vt manifesti⁹ fiat, a-
 liquot testimonia, eaque inflexibilia, ade-
 oque ad confirmandum Ecclesiæ fidē fir-
 missima adducemus. Andreas Apostol⁹,
 frater Simonis Petri in colloquio illo pul-
 cherrimo, atque Christiano homine max-
 imè digno, sic ad Aegæam loquitur: Omni-
 potenti Deo qui vnus & verus est, ego o-
 mni die sacrifico, non thuris fumū, nec
 taurorum mugientium carnes, nec chirco-
 rum sanguinem, sed immaculatum Agnū
 quotidie in altare crucis sacrifico: cuius
 carnes, posteaquàm omnis populus crea-
 dentium manducauerit, & eius sanguinē
 biberit, Agnus qui sacrificatus est, integer
 perseuerat, & viuus; & cum verè sacrificatus sit,

tus sit,

ARTICVLVS XXIII.

tus sit, & verè carnes eius manducate sunt
à populo, & verè sanguis eius est haustus,
tamè vt dixi, integer permanet, & imma-
culatus & viuus. Hęc Anomius in vitis A-
postolorum. Apostolo Andreæ, Ioãnis A-
postoli discipulum subijciemus Ignatium
illum & verustate & pietate insignem, a-
deoque & Martyri gloriosum. Hic enim
in Epistola ad Smyrnen. scribit, Non licet
sine Episcopo, neque offerre, neque Sacri-
ficium immolare, neque missas celebrare.
Hactenus ille pro sententia nostra, quic-
quid tandem hic cõuellere conati sint ad-
uersarij aliquot. Iã quis nesciat apud Dio-
ny. Areopag. nō semel legi, sacratissimam
immolationem, Item sacrficationes, qui-
bus etiã subiungit in Missa, quam ipse Sy-
naxim vocat, passionis domini renouari
memoriam, iuxta q̄ Christus dicit, Hoc
facite in meam cõmemorationem. Et hęc
quidè cap. 3. Ecclesiasticæ hierarchiæ. Por-
rò ne quis hic se contensiosum exhibeat
sup sacrficij nomine, audi obsecro, quàm
apertissimis ver bis D. Irenæus Missæ no-
stræ sacrficiũ instruat: Christus noui Te-
stamèti, inquit, nouam docuit oblationẽ,
quam Ecclesia ab Apostolis accipiẽs, offerre
in vnica

in vnica

ARTICVLVS XXIII.

In vniuerso mundo Deo, ei qui alimenta nobis præstat primitias suorum munerum in nouo Testamento, de quo in 12. prophetis malachias sic præsignificauit, Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu solis, vsq; ad Occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificiū purum, quoniam nomen meum magnum est in gētibus, dicit Dominus omnipotēs, manifestissimè significans per hæc, quoniam prior quidem popul⁹ cessabit offerre Deo: omni autem loco sacrificiū offertur ei, & hoc purum: nomē autem eius glorificatur in gētibus. Haftenus ille lib. 4. ca. 32. Neq; dissimilia scribit lib. 4. cap. 34. Videat ergo aduersarij qua frōte dicāt Missam abominationē, Idololatriam, & nescio qui dī nō videant itē num sine exēplo Pontificij (sic enim nostros vocāt) haften⁹ restē intellexerint vaticinium malachię prophete. Neq; enim soli Pontificij sacrificium Missæ malachię vaticinio stabilierunt: sed Ireneus ante multa sæcula, homo certè, cui aduersariorū nullus facile conferri queat,

suus

ARTICVLVS XXIII.

Siue pietatē spectes, siue eruditionē. Neq; tamen solus Irenæus in hoc negotio adduxit Malachiā, sed etiā D. Augustinus, quē hactenus in interpretandis Scripturis vel etiam confutandis hæresibus ex plebeis illis doctorculis nemo superauit. Sic enim ille ait cōtra aduersarium Legis & Prophetarum: Nouerunt qui legerunt quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abraham: & si sunt iam participes, vident tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Dei autem iuratio, incredulorū est increpatio: & quod Deum non pœnitebit significatio est, quia hoc sacerdotium non immutabit. Mutauit quippe sacerdotiū secundū ordinē Aarō. Vnde alius propheta dicit ad eū qui carnaliter Israel est, Nō est mihi voluntas in vobis, dicit dñs, & hostiā non accipiā de manibus vestris. Ecce hoc quod est secundū Aaron. Cur autē hoc non accipiat, addidit & dicit, Quia ab ortu Solis vsq; ad Occasum glorificatū est nomē meū in Gētibus &c. Hæc ille lib. 1. cap. 20. eius argumēti q; diximus. Est etiā apud eundē in Psal. 33. locus qui nobis ad stipulatur, quē breuitatis ergō tātū allegasse cōtenti erimus, Et possem quidē adhuc
nubem

ARTICVLVS XXIII^o

nubem testium producere qui Ecclesie nostre dogma summis viribus propugnant: sed paucos pro multis producam. Si Iesus Christus, ait Cyprianus, Dominus & Deus noster, ipse est summus Sacerdos Dei patris, & sacrificium Deo patri ipse prim^o obtulit, & hoc fieri in sui cōmemorationem pręcepit, utiq; ille Sacerdos vice Christi verē fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur: Et sacrificium verum & plenum tūc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundū quod ipsum Christum videat obtulisse, &c. Vide totum locum Episto. 3. libri 2, non pœnitebis. Manifestum enim est, sicut Theophylactus scribit, quod tunc Christus immolauerit seipsum, ex quo tradidit discipulis Corpus suum. Et in veteri quidem Testamento, ait Chrysostom^o, cum imperfectiores essent, quem idolis offerebant sanguinem, eum ipse Dominus accipere voluit, vt ab idolis eos auerteret, quod etiam inenarrabilis amoris signum erat. Hic autem multo admirabilius & magnificētius sacrificium præparauit: & cum Sacrificium commutaret, pro brutorum cæde, seipsum offerendum pręcepit. Hæc ille in cap. 10. Corin. .

Et rur^o

ARTICVLVS XXIII.

Et rursus idem Chryso. Hom. de Eucharistia in Encenijs. Quid facis, inquit, ô homo? Non promisisti Sacerdoti q̄ dixit, Sursum mentē & corda: & dixisti, Habemus ad Dominum. Nō reuereris & erubescis? Et ipsa hora mēdax inueneris. Papæ, Mensa mysterijs instructa est, & Agnus dei pro te immolatur, Sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra Mensa refluit, &c. His testib⁹ qui credere nolunt, te ipsa declarant quales sint, & quanti faciant Catholicæ Ecclesiæ consensum. Tu porrò uide quisquis es ueritatis cupidus, quid ualeat, quidque sibi uelint Patrum testimonia. In Malachia pollicetur Dominus noui testamenti nouā oblationem, hanc porrò Christus, ut Cypria. dicit, Deo patri primus in illa uiltima cœna obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit. Hanc deinde Ecclesia ab Apostolis accipiēs, Iræneo teste, offert in uniuerso mundo. Et manifestum est, sicut Theophylact⁹ ait, quod tunc Christus immolauerit semetipsum, ex quo tradidit discipulis corp⁹ suū. Quid ergo hinc sequitur, nisi Ecclesiæ Sacrificiū nihil min⁹ esse quàm idololatriam, Patres item à nobis stare, & Scholasticos præter

Q
meritum

ARTICVLVS XXIIII.

meritum ab Aduersarijs calumniã pati. Iã quòd identidem nobis obganniūt de Memoriali dominicæ passionis, de Sacrificio laudis, de Sacrificio propiciatorio, quid opus fuerit multa verba fundere? Ad rauim vsque clamitant Christi sacrificium vnicum & solum esse propiciatorium: & quis hoc negauit vnquam? Imò quis non est constanter confessus Missam ob id solū esse propiciatorium Sacrificiū, q̄ Christ⁹ ibi verè, sicut & in cœna, immolatur? Aduersarij autem contra totius Ecclesiæ consensum negant Christū in cœna semetipsum immolasse, obijciētes nescio quæ ex Hebræorū epistola: quasi s. patres ipsam vel non legerint, vel non intellexerint. Hūc nodum secent Aduersarij, si possunt, quod Patres cōstanter docent Christū semetipsum in cœna obtulisse, idemq; vt post hac facerēt Apostoli, iussisse. Eadē litatur hostia, inquit Chryso. idem Sacrificium consumatur, &c. Et rursus: Ipsam hostiam offerimus nunc, quæ tunc (in cœna) quidem oblata consumi potest. Nō hic audiamus q̄ Philippus in Apologia dicit. Nos opponimus patribus clarissimas scripturas; & patrū magna dissimilitudo est.

Homi

In 1. Tim.
2. Hom. 2.
Hom. 17.
in Heb.

ARTICVLVS XXIII.

Hoīes erāt, & labi ac decipi poterant, &c.
 Hæc ille. Tu iā vide q̄ validū hoc sit argu-
 mentū. Si clarissimæ sunt scripturæ, patri-
 bus obscuræ esse nō potuerunt: patrū ma-
 gna dissimilitudo est inqt: & vestrum ma-
 gna dissimilitudo & incōstātia est, multi-
 fariāq; alter cōtra alterū & scripturas & pa-
 tres interpratur. Si Patres labi & errare po-
 tuerūt, q̄a hoīes erāt: qd̄ aliud de vobis p̄su-
 mendū, qui certè angeli nō estis, & lapsus
 & errores vestros vos ipsi indies traduci-
 tis. Ceterū Missam esse & dici sacrificium
 laudis, quis negat. An non in ipso Canone
 legitur, Offerūt sacrificiū laudis, p̄ se, suisq;
 omnib⁹ &c. Et de memoriali: Vñ & me-
 mores filij tui dñi nostri, tam beatę passio-
 nis &c. Horū verborū meminit D. Amb.
 in, De Sacramen. Vindicato itaq; Missæ sa-
 crificio, in ventū abeūt quæcūq; Aduersa-
 rij impp̄erāt, q̄ Missā ebuccinauerim⁹ pro
 oīb⁹ calamitatib⁹ amouēdis, p̄ nauigātib⁹,
 p̄ p̄grinatib⁹, p̄ mercatorib⁹, &c. p̄ viuis
 tandem atq; defunctis. Quid enim hic fru-
 stra perderemus verba, quum Apologia ne-
 gare non possit Christum propiciatorium
 esse sacrificiū pro oīmp̄ccatistā viuorū q̄
 mortuorū: quodq; deceat ministrū publicū

Q 2

Ec-

ARTICVLVS XXIII.

Hom. 77. Ecclesiae pro omnium necessitate Deo supplicare. Audiatur, obsecro, Aduersarij vel vnum Chryso. Ideo in mysterijs inuicem salutamus, inquit, vt multi vnū efficiamur & communes pro non initiatis preces effundamus, & pro infirmis, & terrae, & maris, & vniuersi orbis fructibus sacrificem⁹.

Hom. 26. Et rursus, Altari adstans Sacerdos pro vniuerso orbe terrarum, pro absentibus atque praesentibus, pro his qui ante nos fuerunt, pro his qui postea futuri sunt, sacrificio illo proposito, Deo nostro gratias iubet offerre. Iam quoniam Apologia non reprobatur in Missarum celebratione orationes fieri pro defunctis, aliquo labore nos subleuauit. Verum nihil vetat quod minus super hac re Patrum testimonia producamus. Et primò quidem Chryso. q. ait: Non temere ab Apostolis haec sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio: sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cum enim totus constiterit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponitur sacrificium, quod Deum non exorabimus pro his deprecantes? Haec Chryso. **hom. 69.** ad populum Antio-

ARTICVLVS XXIII.

Antiochenum. Et Hom. 41. in 1. ad Corinth. Itē Hom. in cap. 1. ad Philippen. D. Augustinus eadem docet multis in locis, hoc quod Aduersarios latere non potest. Nulla ratiōe conceditur, inquit, vt pro nō baptizatis cuiuslibet etatis hominibus offeratur sacrificium corporis & sanguinis Christi: tanquā per huiusmodi pietatem suorum, ad regnum cælorum quō perue- *vide Cy-*
niant adiuuentur. Haftenus ille, qui quum *pria. lib. 1.*
docet pro non baptizatis offerendum es- *Episto. 9.*
se sacrificium, satis innuit, quid pro baptizatis fieri oporteat. Loc^o est ad Rhenatū de anima & eius origine lib. 1. cap. 9. & 11. Et lib. 3. cap. 12. Non itaq; negandum est, vt idem Augustinus scribit, defunctorum animas pietate suorum viventium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel Eleemosinæ in Ecclesiis fiunt. Hæc in Enchrydio cap. 110. Et nō sunt pretermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana societate defunctis, etiā tacitis nominibus, quorumque sub generali commemoratione suscepit Ecclesia, vt quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati vel amici, ab vna

ARTICVLVS XXIII.

eis exhibeatur pia matre communi. Hactenus ille, de cura pro mortuis gerenda cap. 4. Hęc testimonia tam dilucida sunt tamque firma, vt nullo fucō, nulloque robore, vel obfufcari, vel infringi possunt ab aliquo: nec plura addam. Hęc nos breuiter pro re, prolixius aut pro tempore diximus de missæ sacrificio, immodò de totius missæ vsu & fructu, patrum nimirum insequentes vestigia, & vsq; ad nouissimum spiritum, in fiducia multa, confitebimur patrum depositum (vt cum Nazianzeno loquar) qui proximiores fuerunt Christo, & primæ fidei confessionem, quæ in nobis à pueris vsque est enutrita, quam sub initium suscepimus, & cum qua in fine discedemus, pietatem hanc, & si nihil aliud, nobiscum auferentes. Cæremonijs Ecclesiæ quantum oportet attribuimus: quæstum nunquam nec quæsiuimus ipsi, nec alios illum quærentes excusauimus: peregrinæ linguæ vsum ferimus, & huius interpretes in Ecclesia amamus. Sacrificium Missæ cum omnibus Ecclesiæ Præsulibus sic exosculamur, vt in nullo vel Christi institutioni, vel scripturarum autoritati repugnemus, vel diuo August. admonete, Dominum

Oratio, 3.

ARTICVLVS XXIII.

minum Iesum non præcepisse quo ordine cœna sumeretur, vt Apostolis per quos Ecclesias dispositurus erat seruariet hunc locum. Habemus etiam hac in re Oecolampa. ad stipulatorem, quod s. ordinem, locum & tempus attinet. Docemur, inquit, vt q̄ cōmodissimo modo & ordine vtamur: Euangelista enim in depingendo Cœnam Domini, in externis illis non aliquid mandare, & præcepta statuere, sed nobis honestum ordinem commendare voluit, &c. At penè nos præterierat ingens illa Tragœdia, quam quidem satis tragicè agunt de priuata Missa abroganda, etiam si publicam prorogandam velint saniores. Quid porrò ad hæc dicemus? Valeat quæstus, accedant missæ non ex consuetudine, sed ex charitatis seruore sacrificantes, & actum erit de illa Tragœdia. Audiamus, si placet, Lutherum tum adhuc liberum, ante editã Captiuam captiuitatē suam, sic loquentē: non dāno missas priuatas, quas etiam tum noui, tum expertus sum, multis fuisse saluberrimas: non tamen nisi magnis tentationibus vexatis, sed vsum earū qui passim regnat, vix paucis credo salutarē esse.

ARTICVLVS XXIII.

Quæ hic desiderantur, quoniam apud alios Catholicos Doctores fusius & doctius tractata sunt, adijcere nolui. Hæc mihi & simplicioribus cecini, fidei meæ super negotio Misæ ratione reddidi, hoc est, quod volui, Dei gratia expediui: Argutias & sophisticas sirophas, siue adsequor siue min⁹ nihili facio; si adsequor, eludo: si non adsequor, tanquam suspectas fugio. Neque enim, quia Ioannes non videt cuneum quonodum aduersariorū explicet, ideo Ecclesia erroris conuicta est. Ecclesia siquidē non innititur eruditioni meæ, sed ego innitor Ecclesiæ. Nemo repete fit summ⁹, & quod hodie nescio, si Deo visum fuerit, cras aperiet: sed cohibebo tandem cursum hic, & ad votorum tractationem me conferam.

DE MONACHORVM votis, & delectu ciborum Articulus, XXV.

Quid

ARTICVLVS XXV.

QUID de votis Monachorum apud nos doceatur, melius intelliget si quis meminerit qualis status fuerit monasteriorum, quã multa in ipsis monasteriis quotidie fiebant: Augustini tẽpore erant libera collegia, postea corrupta disciplina, vbique addita sunt vota, vt tanquã excogitato carcere, disciplina restitueretur. Additæ sunt paulatim supra vota, alię multæ obseruationes. Et hæc vincula ante iustam ætatẽ, contra Canones, multis iniecta sunt, &c.

F. Ioan. Hoff.



Quoniam alium habet ordinem Apologia Confessionis quã ipsa confessio, cogimur ex vna fidelia, q̄ dicitur, duos dealbare parietes, hoc est, sub vnus articuli tractatu, varia nec tamen diuersi generis tractare argumenta. In Apologia enim Missæ Sacrificio

Q 5

sub-

ARTICVLVS XXV.

subiungitur votorum ratio: at in ipso confessionis libello, subsequitur Missam Confessionis & delectus ciborum tractatio. Quid igitur restat, nisi vt priora quàm paucissimis fieri poterit absoluaamus? De confessione Sacramentali supra articulo.ii. non nihil diximus: nec abs re, vt qui aduersarios nostros, in hoc quidem negotio, nihil minus quàm aduersarios vidimus. Nā si apud hos confessio non est abolita, si solent corpus Domini, non nisi exploratis antea & absolutis porrigere: si docetur apud ipsos populus diligentissimè de fide absolutionis: si admonetur vt plurimifaciat absolutionem: si ornatur apud eosdem potestas clauium, si tandè de confessione docent, quod omniū delictorū eumeratio nō sit necessaria, iuxta illud: Delicta quis intelligit: si, inquā, ista ita se habēt (sic enim magnificè pollicentur) non habent nos aduersantes: immò quod docent, si non nobis verborū lenocinijs imponunt, vtrisque amplectimur brachijs. Porrò partes illas confessionis fingunt à nobis & à nostris esse neglectas: quo autè candore, ipsi viderint. Si enim illa quæ bene dicunt hoc loci, ex nostrorum siue priscorum siue scholastic

ARTICVLVS XXV.

Iasticorum monumentis non sunt suffurati, vnde collegerunt? quo doctore tā benè sapere incoeperunt? Caueat, obsecro, suos occultare magistros, ne Æsopicum tandem nobis repræsentare cogantur graculum. Sed quid opus fuerat hæc admonere, quum Apologia ipsa adnotarit quàm piè fenserint Decretarij, vt ita loquar. Si pium est quod Chrysostomi nomine produci-
tur: si Glosa de pœnitentia Dist. 5. digna visa est quæ Apologiæ infereretur, qua fronte dicunt Aduersarij ea nostris fuisse incognita, quæ illi tanquam nunquam cogitata vel visa iam ostentant? Iam quod confitendi rationem attinet suprâ articulo suo excussum est, proram itaque nostram iam aliò dirigat cælestis noster Nauclerus.

Ad ieiunium & delectū ciborū deuenim⁹: & hic quum Iuris positiui sit, & suprâ arti. 15. de traditionib⁹ humanis, satis p̄ re disputatum sit, vno quasi fasciculo rem cōplectemur. Ex cōfessis est, apud Patres vtriusq; Testamenti semper aliquem fuisse ciborum delectum, hoc quod vtriusque Testamenti scripturæ luce meridiana clariùs demonstrant. Iam delectus ille
post

ARTICVLVS XXV.

post Apostolorum tempora seruatus quidem est, sed nec ab omnibus, nec vbiq; pariformiter, quemadmodum Philippus non ineptè ex Ireneo citat in Confessione, Dissonantia ieiunij, fidei consonantiã non soluit. Et ante enatum Lutheranismũ in hijs summa tranquillitas fuit. Esto sanè traditiones huiusmodi humanas, forte supra meritum à nostris fuisse decãtatas, fac non nihil superstitionis illis, fuisse admixtum: remedium itaq; quærendum fuerat, quod morbo intolerabilius non esset. Habemus certè in eiusmodi rebus, quod mutuum condonemus. Superstitioni nostræ, vestra effrenis licetia nunquã bene medicabitur. Est modus in rebus, ait ille. Traditiones Ecclesiasticæ non habent, vnde meritò accusari possint: sed quoniã ab illo fonte plus æquo discessum est, religio in superstitionem abiit. Da mihi hominem qui delectum ciborum iuxta Ecclesię præscriptum obseruat, & videbis ab eo nihil culpa dignum fieri. Nam qui carniũ esu certis ac statis diebus interdixerunt, non ita instituerunt, vt interim nos piscibus, vel alia obsoniorum specie saginaremus: quod autem ita sit, deploramus, non comendamus.

ARTICVLVS XXV.

mendamus. Veterum ieiunandi ratio, v^t Bucerus ait, fuit nequaquā semel duntaxat in die cibum sumere & cibum pisculentū: sed semel omnes abdicare delicias, & lutum quēdam, ac corporis castigationem, atque ad afflictionem suscipere. Hæc ille. Consequitur ergo, eum tandem verè traditionem Ecclesię obseruare, qui non solum carnibus abstinet, sed qui sibi omnib⁹ delicijs interdicit: qui porrò non minuunt, sed potiùs mutāt delicias esculentorum, non obseruant Ecclesię traditionem, sed malignij suggestionem. Sed propiùs ad rem. An Ecclesia potestatem habeat condendi huiusmodi leges, forsitan potior quæstio est huius disputationis. Atqui nō est dubium quin habeat potestatem qua vti debet ad ædificationē, & non ad destructionem. Iam quis non videt ea quæ in gloriam Dei, & bonum proximi instituuntur ad ædificationem facere? Certè in gloriam Dei facit, si homines idèò à cibis quibusdam abstinent, quò habiliores & aptiores sint ad cultum Dei, ad preces, & ad alia id genus pietatis exercitia. Proximo porrò incōmodare non potest, vt cuius animæ pariter & corpori, ordinatione huiusmodi

iusmodi

ARTICVLVS XXV.

iusmodi prouidetur & consulitur. Sed ad-
uerlarij cōstringuntur laqueis cōsciētiarū,
quæ ob neglectas traditiones humanas,
quasi in desperationem scilicet abeūt. Bo-
na verba quæso. Quisquis Ecclesiæ tradi-
tiones temere præuaricatus fuerit, aut illis
contumaciter responsauerit, illum, non est
dubium, grauitè peccare. Qui vos sper-
nit, me spernit, ait Christus: sed hac de re
in superioribus. Porro respondebunt Ad-
uerlarij se non morari delectū ciborū, sed
impias opiniones circa illum conceptas.
Quas tandem? Quod traditiones humane,
inquit Philip. sint opera utilia ad prome-
rendam remissionem culpæ & pœnæ. Hęc
nimirum illa Helena. Respondemus sim-
pliciter, Carnis mortificationem, siue hoc
vel cum delectu ciborum, vel citra delectū
fiat, ad genus bonorum operum pertinere
certissimū est: quātum verò valeant bona
opa ad remissionem peccatorū impetrādā Ar-
ticulo 6. auditū est. Itē in articu. 12. de pœ-
nitētia & satisfactione. Aliā adferunt im-
piā opinionē, quā nobis acceptū ferūt, scilicet
quod mandata hominum prætulerim⁹
præceptis Christi. Si alicui persuasum
fuit traditiones Ecclesiæ præferendas esse
Chri-

ARTICVLVS XXV.

Christi præceptis, impia opinio fuit. Hæc autem quoniam facillimè piorum cordibus eximi potest, inducatur pia persuasio, reponantur omnia suo loco, ac redigantur omnia in suas classes, & querelæ illæ non habebunt amplius locum. Adducunt aduersarij multa scripturæ testimonia, quæ paucissimis expèdamus: probare verò per illa volunt, vt mihi viderur, traditiones illas non esse cultus necessarios, neq; per illas quēquā iustificari &c. Accipe respōsum nostrū. Quā necessariae sint traditiones illæ, in superioribus auditum est Articuli. 15. vt superuacaneū sit repetere. Iustificationis negotium articulus. 4. habuit. Quid igitur necesse fuerat toties repetere eadē? Cardo rei in hoc vertitur, non quid iustificandum, sed quid iustificatum facere oporteat. Ergo ad scripturas ab aduersarijs adductas facilis est responsio. Quòd Chr̄s excusarit suos discipulos, q̄ nō obseruarāt traditionē seniorū de lauādis manibus, nihil cōtra nos facit. Aliud enim est traditiones Iudæorū negligere maiorib⁹ & vtiliorib⁹ impeditū: & aliud est traditiones Ecclesiæ cōtēnere, sola libidine præuaricādi cōmotū. Secūdo, Omne quod intrat in os nō
coin-

ARTICVLVS XXV.

coinquinat hominem. Accipimus. Tolle
 quibus homo inquinatur, & traditiones
 Ecclesię firmissimę stabunt. Non refert qđ
 veledas, vel quo abstineas: sed plurimum
 refert, crede mihi, quo animo edas vel ab-
 stineas. Finis enim quò referuntur ea que
 facimus, id est, propter quem facimus qđ-
 quid facimus, si non solum inculpabilis,
 sed etiam laudabilis fuerit, tum demum
 etiã facta nostra laude aliqua digna sunt,
 ait Augustinus de moribus Manichæorũ
 lib. 2. cap. 13. Et alibi dicit quod Apostolus
 illos designat ad Thimotheũ, qui nõ pro-
 pterea abstinent à cibis talibus, vt aut con-
 cupiscentiam suam refrenent, aut infirmi-
 tatiparcant alterius, sed quia ipsas carnes
 immundas putant, & earum creatorẽ De-
 um esse negant. Locus est contra Adiman-
 tum cap. 14. Tertio, Regnum Dei, inquit
 unt, non est esca & potus. Agnoscimus
 Pauli verba: tu audi verum illorũ sensum.
 Si regnum Dei nec esca est nec potus, & si
 esca nos non cõmẽdat Deo, vos secundum
 eundem Apostolum videte, ne forte hæc
 licentia vestra, offendiculum fiat infirmis.
 Vos certè hætenus pro carnibus tanquã
 pro aris & focus digladiamini: & maiori
 studio

ARTICVLVS XXV.

studio auditur Lutherus omnibus liberū
faciens vescendi quibuslibet, quàm Pau-
lus admonens, ne quod scandalum demus
infirmis. Hic ergo tempestiuè videndum,
ne Claudus, quod dicitur, loripedem vili-
pendat. Nos, sicut à vobis accusamur, pie-
tatis summam posuimus in abstinentiam
carnis: sed illam vos posuistis in pestilen-
tissimam voracitatem. At non vultis vt
hæc concionatoribus vestris obijciamus,
sed voluptarijs quibusdam. Hoc idem que
ius, & à vobis postulamus, vt cum malis
non velitis condemnare bonos. Cætera
scripturæ loca à vobis producta, in Pseu-
dopphetas Iudæorum ei aculata sunt, vt
non possint in Ecclesiæ proceres torqueri:
quoniam non est par ratio traditionū Ec-
clesiæ & Synagogæ, qua de re D. Augusti.
contra Faustum Manicheum copiosiss. cū
quo, si lubet, Aduersarij expostulēt. Quod
enim Faustus Augustino, hoc illi nobis ob-
ijciunt. Christiani, non hæretici, inquit
Augustinus, sed Catholici edomandi cor-
poris causa, propter animā in orationibus
amplius humiliandam, non quod illa im-
munda esse credant, non solum à carnib⁹,
verumetiam à quibusdam terræ fructibus

R

absti-

ARTICVLVS XXV.

abstinent, vel semper, sicut pauci: vel certis diebus atq; temporibus, sicut p̄ Quadragesimam ferè omnes. Hastenº ille cõt. Faustum lib. 29. cap. 5. Quid hic cū manichæis cõmune habent Aduersarij? dicent, Nihil: quoniam q̄ Auguf. docet edomandã esse carnem, etiam ipsi Aduer. docet, & in Confess. & in Apolog. Subijciam aut̄ Fausti obiectiones, tu quos nobis referant audi, & iudica dextrè. Faustus inquit aduersus Catholicos. Vos nõ solùm abstinetis, sed etiam gloriã captatis exinde: & eò acceptiores vos creditis Christo, quò eritis abstinentiores à cibis. Hæc ille. Et Iouinianus hæreticus apud. D Hiero. Christianis insultando, inquit: De ciborum sibi placet abstinentia, quasi nõ & superstitione gentiliū Cossam matris Deũ obseruet & Isis. Sed sinamus hæc quæ ad irritandos forte magis quàm ad placandos Aduersarios facere videntur. Compendio dicam quod res est. Ecclesiæ traditio in hoc nimirũ instituta est vt profit Ecclesiæ filijs: ex occasione porrò huius traditionis succreuit (Ecclesiæ pastoribus altum s. stertentibus) superstitione & abusu inuidiosa propago: huic successit mixta & effrenis licentia

Apud Augustinum
cõt. Faust.
lib. 30. c. 2.

Lib. 2.

ARTICVLVS XXV.

licentia eorum hominum, qui tanquàm iri-
rati hostes, traditioni potiùs sanctæ quàm
abusibus bellum mouere. Iam ergo bono-
rum Præsulum fuerit dispicere, an decen-
tius sit totam arborem radicitus euellere,
an ne pestilentes ramos amputare. Oma-
nia certè sic instituenda sunt, vt ædifice-
tur Ecclesia, non destruat. Hoc autem
seculum videtur potiùs indigere freno,
quàm calcaribus. Et quoniam iuxta quod
ille verè dixit, licentia omnes sumus dete-
riores, præstat lasciuiorum cohibere libidi-
nem, quàm obedientibus & pietimidis,
donare libertatem. Non video quomodo
persuasurus sit perpetuam vitæ abstin-
tiam ei, qui cogi non potest, vt vel certis
adeoque paucis aliquot diebus, virum bo-
num præstet. Et hæc quidem mea senten-
tia est.

Iam tandem ad votorum rationem de-
uenimus. Quo igitur exordio vtar? In
hoc, opinor, consentimus omnes, vota
omnibus omnium hominum generibus
in vfu fuisse, ante legem, sub lege, sub
Euangelio, & post Christi in cælos ad-
sumptionē vsq; ad nostram ætatē: votorum
aut quædam esse tēporaria, quædā verò per-

R z petuas

ARTICVLVS XXV.

petua, quæ rescindi non liceat. Sed nolimus omnem omnium votorum rationē expendere, quum Aduersarij tantum hic rixentur de votis Monasticis, monachos nescio cuius non impietatis insimulantes. Nos porrò non descendimus ideo in arenam, vt cum aliquo digladiemur atrocius, nec eius sumus animi, vt lubeat talionem reddere ijs, qui nigerrimo carbone monachorum institutum notare animum induxerunt: sed propositum nostrum est, Ecclesiæ consuetudinem priscorum Patrum testimonijs, ab Aduersariorum defendere calumnijs. Et (vt candorem nostrum ipsi Aduer. videât) ingenuè fatemur monachos merces suas plus satis laudasse, multos incautos in Nassam illexisse, superstitionibus & hypocrisi operâ dedisse, à prima ipsorum institutione plurimum declinasse, votum paupertatis, castitatis & obedientiæ vix nominatenus retinuisse. Quis enim hæc negabit? Abusus autem sunt, nō institutum ipsum. At nos in hoc sumus, non vt aliquo fuce excusemus abusus, sed vt vindicemus bonum votorum vsum, & defendamus hæc votorū rationē à multis seculis, nec impiè, in Ecclesia Catholica obti-

ARTICVLVS XXV.

obtinuisse. Quis enim non amaret monachum, qui verè & ex animo cælebs viueret, qui humilis obediret Præfidi, qui vanas & fluxas huius mundi nō magnifaceret diuitias? Sed hinc illæ lachrimæ, quòd cælibatum, paupertatem & obedientiam professi, viuunt impuris, diuitijs auariss. inhiant, & omnis iugi sunt impatientes. Ergo bonos opinor amabunt Monachos: Ventribus autem faceffent negotium. Reformetur ergo monasteria, & monachi sui admoneantur officij, & nulla erit dissensio. At meminerint Aduersarij non solos monachos esse in causa, quòd omnia huius instituti sunt turbata, sed etiã Primates nostros, Nobiles, Reges, Imperatores, qui sola auaritia, aut alia eius generis ratione moti, pueros suos in monasteria intrudere solent. Exempla notiora sunt quàm velim. Quòd si perrexerint Aduersarij porò damnare votorum rationē, re ipsa declarabunt, se planè contemnere Patres, qui illorum quàm honorificentissimè meminerrunt. De cælibatu in superioribus dictum est, vbi egimus de coniugio Sacerdotum. Votorum autem rationem ex vestris Lutherus, & Melanchthon & alij non semel

ARTICVLVS XXV.

tractarunt. Id ipsum & nostri fecerunt, maxime Eckius, Dittenbergius, Saengerus, & alij, vt non sit necesse sæpius tractata retractare. Certè abunde nobis suppediant exempla, ad comprobanda vota, nunquam satis laudata Patrum monumenta. Audiamus obsecro. D. Augustinū. Quod cuiquam antequam vouisset licebat, cum id se nunquam facturum vouerit, non licebit: si tamen id vouerit, quod vouendum fuit, sicut est perpetua virginitas, vel continentia post experta connubia, solutis à vinculo coniugali. Hacten⁹ ille ad Pollen. lib. 1. ca. 24. vbi etiā expresse locū illū Pauli de iunioribus viduis, pro votis allegat. Docet itaque Diuus Augustinus, vota illa esse seruanda quæ vouere licebat: Castitatis porro eiusmodi votum esse. Et ne quis existimet vota hæc vel huiusmodi impossibilia esse, scribit libro 2. ad eūdem Pollen. cap. 19. Nō eo terreat sarcina conscientie: leuis erit, si Christi erit: Christi erit, si fides aderit, quæ impetrat à iubente quod iusserit. Non eos frangat, quòd videtur eorū continētia necessitatis esse, nō voluntatis: quia & illi qui eam voluntate elegerunt, fecerunt eam necessitatis. Et hæc quidem ille

ARTICVLVS XXV.

ille. Ab Augustini sententia non abhorret quod scriptum reliquit. Qui vult capax esse verbi, inquit, quod de castitate proditum est, petat credens dicenti, & accipiat, non dubitans de illo quod dictum est, Omnis qui perit accipit. Et non ita multò post, Datum est aut omnib⁹ qui huiusmodi gladium sibi petunt ex Deo, &c. Ex his ergo iam patet votorum vsus, veteris Ecclesiæ Patribus, non fuisse incognitum. Et certè plus me mouet vnica sententia patris alicuius patris, quàm vniversa Apologia Battologia. Scribit Philip. Melancthon, Bernhardù, Franciscum, & alios S. viros, votorum illorum ratione fuisse vsos propter utilitatem corporalem, vt expeditiores essent ad docendum, & ad alia pia officia, non quòd opera ipsa per se sint cultus qui iustificet, aut mereantur vitam æternam, &c. Tu porrò audi quo nomine D. Augustin⁹ votum continentiaë suis auditoribus reddiderit cõmẽdabile. Præsumite, inquit, fidite, roboramini, permaneteq; vouetis & redditis Domino Deo vestro vota perpetuæ continentiaë, non propter prælens seculum, sed propter Regnum cælorum. Eiusdem sententiaë est D.

R 4

Ambro.

ARTICVLVS XXV.

Ambrosius inquit, Qui vxorem ducit, utiq; non peccat, quia quod concessum est facit: Si verò contempserit, meritum sibi collocat & coronam. Obseruandum & hoc quod D. Augustinus de peccatorum meritis & remissione dicit lib. 3. cap. 7. Iouinianus Sãctimonialibus, etiam ætate prouectioribus nuptias persuasisse dicitur, nõ illiciendo quò earum aliquam ducere vellet vxorem: sed disputãdo virgines sanctimonio dicatas, nihil amplius fidelibus cõiugatis apud Deum habere meritorum. Hæc Augustinus ad verbum, vnde facillimè dignoscitur, quantum absit Lutherus à Iouiniano: dignoscitur etiã quid Augustinus de meritis eorum sentiat, qui Deo vota perpetuæ continentia ex animo persoluunt. Possem & aliorum Patrum testimonia pro hac sententiã roboranda adducere, sed pijs hæc quæ adducta sunt, proculdubio suffecerint. Quæ hic desiderantur Articuli. 23. de Sacerdotum videlicet cõiugio videãtur. Nouimus Patres, maximè verò Augusti, & Hieronymum non bene audire ab Aduersarijs ob plurimam continentia commédationem; sed nihil moramur illorũ sinistra iudicia. Si obiecerit Patribus
scriptu.

ARTICVLVS XXV.

scripturæ testimonia: dicemus & hæc illis non fuisse incognita, nec contempta, neq; defuisse Patribus iudicium, & dexterius opinor, quàm nasutulis illis. Persuasum tibi habe hoc Faustum, Iouinianū, & alios eiusdem farinae homines non frigidè, bonis Patribus scripturæ testimonia obiecisse: eius siquidem gustum ex Patrum monumentis haurire licebit. Iam qua ratione libuisset Patribus manifestam impietatem (si modò talis est votorum ratio) contra manifestum Dei verbum ppugnare? Nostros forsitan iam incusabunt impietatis, hypocrisis, superstitionis, vel auaritiæ, adde etiam inscitia: an porro hæc in priscos Patres meritò torqueri possint, ipsi viderint Aduersarij. Mihi videor aliquàto tutius cū illis piè errare, vt ita loquar, quàm cū Aduersarijs quicquid temerè affirmare. Obijciunt Aduersarij scripturas: at harum sensum ex Patrum monumentis, hoc est, ex Ecclesiæ posterioribus membris accipio. Vocant Aduersa prohibitionem coniugij doctrinam demoniorum, Pauli si Dijs placet, autoritate moti. Ad hoc respondet Augustinus, Ille prohibet, qui hoc malū esse dicit: non quod huic bono, aliud melius anteponit. Melior autē est

ARTICVLVS XXV.

continentia ab omni concubitu, quàm vel ipse Matrimonialis cōcubitus, qui fit, cau-
lagignendi. Obijciunt aduersa. virgo, si
nupserit, non peccat. Respondeat Chry-
sosto. & post hunc Theophilaetus. Virgo
Deo dicata, si nupserit, delinquit haud du-
biè plurimum: utpote quæ Christo Spon-
so, superinduxerit adulterum. Obij-
ciunt Aduersa. Melius est, nubere quàm
vri: respon. Ambro. Hoc dictum ad non
pollicita pertinet, ad nondum velatam.
Cæterum quæ se spondit Christo, &
sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam
immortali iuncta est viro. Et iam si volue-
rit nubere communi lege coniugij, adul-
terium perpetrat, ancilla mortis efficitur.
Hæc ad virginem lapsam, cap. 5. Nam,
ut inquit Nazian. coniugium hoc longè
præstantius est quàm corruptibile. Obij-
ciunt Aduer. Non omnibus datum ut con-
tinenter viuere queant. Responsum est
iam olim ab Origine, & Augustino, sicut
supra auditum est. Et his per omnia sub-
scribit G. Nazianzenus oratio: 30. Obij-
ciunt rursus aduersarij, Episcopus sit vni-
us vxoris vir. Respondet Chrysostronus
non ea ratione dictum, quod nunc id in
Eccle-

go sponsata
vri: .

ARTICVLVS XXV.

Ecclesia obseruetur. Oportet enim, inqt,
omni prorsus castitate Sacerdotem orna-
tum esse. Hæc ille de patientia Iob. Hom.
2. Vides quo loco habeamus Scripturas
Canonicas: vides vnde illarum à nobis pe-
tatur interpretatio. Canonem D. Augusti-
ni sequimur qui sic habet, In scripturis in-
terpretandis, etsi multa dici possint quæ
improbanda non sunt, tamen in his eligē-
dum & intelligendū quod omnis vel penè
omnis frequētat Ecclesia. Hæc ille Episto-
la 59. Vides deniq; , vt progrediamur tan-
dē, nihil ab aduersarijs nobis obijci, quod
à priscis patribus non sit auditum, & so-
lutum. Nemo itaq; mihi vitio vertat, quod
patrum insequens vestigia, Aduersariorū
castra contempserim. Certè D. Augusti-
nus consulit Patres quærendos, vt scriptu-
ras in speciem pugnantes, cōcordent, &c.
Quod de voto castitatis hæten⁹ dictū est,
ad reliqua duo repetitū volumus. Volun-
taria paupertas, & humilis Obediētia, ne-
mini vitio dari debet. Voti volūtariæ pau-
ptatis meminit D. vrbano⁹ pōt. Max. Epist. vide Augu-
dererū cōmuniōe. Et Apologię architect⁹, stinum in
inqt. Neq; vero accusam⁹ oēs (monachos) Psal. 99.
Arbitramur empasim aliq̄s viros bonos in

Mona-

ARTICVLVS XXV.

Apologia.

monasterijs esse, qui de humanis cultibus moderatè sentiunt, nec probant sæuitiam quam exercent hypocrite apud ipsos, &c. Hęc ille. Igitur nō accusabūt eos, qui sunt quod audire volūt. Sed conqueruntur rursus Aduersa. dicētes omnia apud monachos esse plena simulationis, paupertatem iactant in summa copia rerum: obedientiam iactant, cum nullum genus hominum libertatem habeat maiorem quàm monachi: de cœlibatu non libet dicere quàm purus sit, &c. Accipe, bone Philippe, responsionem nostram simplicem, & ni fallor, non impiam. In hoc vtrisque iam insumitur labor, non vt quid factum sit traducatur solū, sed vt huic morbo remedium quærat. Vos, opinor, non omnia quæ à vestris vel facta vel scripta sunt excusare tentabitis, sed potiùs quid faciendum, scribendum uē sit in posterum præscribere curabitis. Multum profectò differt Confessionis vestræ libellus ab alijs scriptis pridem à vobis emissis. Hoc ipsum & de nostris tibi persuadeas velim. Disputandū igitur est quō institutū illud, aut viuēdi genus monachorū, quod p se malū nō est, repurgari possit. Displicet tibi hypocrisis

ARTICVLVS XXV.

pocrisis & simulatio pietatis, circumspici-
 endum quomodo in horū locum vera pi-
 etas statuatur. Iactant, inquis, paupertatē
 in summa copia rerum: at hoc simpliciter
 malum non est, si hoc eo videlicet fiat ani-
 mo, quo Dauid opulentissimus dicebat se
 peregrinum, egenū & pauperē, &c. Hic e-
 nim mihi verē pauper est, non qui vel pau-
 ca vel plura possidet, sed qui nec diuitias
 amat, nec ab egestate abhorret. Postulas
 ut tibi talem monachum ostendam? Ipse
 falsus es vltro adhuc esse in monasterijs
 viros bonos: Et nemo peiora de alijs suspi-
 catur, sicut verē Nazian. scribit, nisi qui
 ipse bonus non est. Habēt aliqua monaste-
 ria multas diuitias, verum est: sed horū ali-
 quot in egenos satis fuerūt benigna: quod
 si vel retinuerūt exponēda, vel exposuerūt
 retinēda, quærat̄ur medium, ut bona illa
 posthac dispensētur in Ecclesiæ cōmodū.
 Serua ac retine tuos Principes, Duces, Co-
 mites, Nobiles (qui aliās inuiti nobis in-
 uitis obtrudūtur) in aulis tuis: & fac mo-
 nasteria studiosis pateant, & bonum gra-
 dum ad pietatis fastigium posueris. Nam
 quod alibi Thesauros illos Ecclesiæ dila-
 pidant, & nescio in quos vsus conuertunt,
 Euange-

Euange-

ARTICVLVS XXV.

Euangelium nõ est. Qui minus mali sunt
 ex monasterijs hospitalia faciunt, qualia
 qualia, quã tamen ipsi sua & veterum hospi-
 talia neglexerunt perpetuò. Sed hæc a-
 lias cõmodius deplorãda veniẽt. Iã venio
 ad hoc q̃ Apolog. Professores obedientie
 arguit inobediẽtiẽ. Nõ possum⁹ negare qn
 monasteria multo habeant cessatores, res-
 põsatores, & contumacissimos sancte o-
 bedientie contẽptores: at horum nume-
 rum auxit dogma à vestris mundo huic
 inauspicatissimè illatum. Verum de hac
 obedientia, quam monachi monachis de-
 bent non loquuntur, scio: sed quod gladio
 magistrat⁹ videntur monachi nullam ex-
 hibere obedientiam. Quod si hoc volunt,
 volũt aũt haud dubiè, hæc nostri defenso-
 nem benignis auribus suscipiant quaesu-
 mus. Si Imperatoria Maiestas gladium à
 Deo accepit, & qui Potestati resistit, Dei
 ordinationi resistit: monachi verò ex libe-
 ralissima Imperatorum benignitate liber-
 tate donati sunt: qua ratione Aduersarij
 sub iugum mittere volunt eos quos Dei
 ordinatio liberos fecit. Ab eo enim li-
 beri facti sunt, quem Dei ordinatio Im-
 peratorem esse voluit. Quæ Bucerus
 alibi

ARTICVLVS XXV.

alibi contra hæc effutit, apud cordatiores
locū non habent, nisi fortè sic iudicare ve-
lit Buce. vt Priuilegia Ciuitatibus dona-
ta rata sint ppetuo ac firma: quæ aūt clero
data sunt, nihil nisi meræ bullæ sint. Quæ-
stio hæc non Monachos carpit qui donata
fruuntur libertate, sed illū cuius pia indul-
gētia liberi facti sunt. Tertiū quod castita-
tē adtinet in superioribus expensum est.
Quod de Scholasticis occinunt, nobis scū
faciunt. Optamus antiquatas in monaste-
rijs Scholas restaurari, Scholas aūt pietatis,
nō hæreticæ prauitatis: vbi pietas vera di-
scatur, nō vbi docetur quomodo illa fundi-
tus deleatur. De cātu & vestitu & alijs cę-
remonijs nihil hætenus diximus. Ex phi-
lone Eusebius multa præclara de veteri
Monachismo cōgerit, Ecclesiasticę Histo.
lib. 2. ca. 17. Habit⁹ porro Monachorū me-
minit D. August. in de ope Monacho. ca.
28. & 31. ibidēq; inuehitur in eos qui comā
nutriūt. Et ca. 30, docet Monasteria sanio-
ri fuisse doctrina fundata. Meminit idē Au-
gustinus vestitus Monialiū contra Faustū
lib. 6. cap. 9. Et q; totū Institutū Monacho-
rū & Monacharū adtinet, locus dignus est
apud eūdē lib. 1. cōn. manicheos de morib⁹
Eccle-

ARTICVLVS XXV.

Ecclesiæ cap. 31. & sequētibus: est enim i-
bidem videre quid monachos deceat, &
quid minus. Poteris super hac relegere,
si lubet, & D. Hiero. ad Sabinianum. quid
quòd ipse idem Augus. suo tempore à qui-
busdam malefanis hominibus traductus
est monachismi nomine: quod quia con-
fictum videri possit, non grauabor ipsius
verba adscribere. Locus est cōt. literas Pe-
tiliani lib. 3. cap. 40. Petilianus pergit ore
maledico in vituperationē monasteriorū
& monachorum, arguens etiam me quòd
hoc genus vitæ fuerit à me institutū. Ha-
ctenus Augustinus, quē volumus huius fa-
bulæ, vt ita dicam, Catastropham absol-
uere. Nihil enim hic à nobis dici potest,
quod nō ab alijs Catholicis dictum fuerit,
& copiosius & doctius. Ecclesiæ potius q̄
monachorum patronum egimus, errata
agnoscim⁹, nullius impietatis patrocina-
mur, morbum non occultam⁹, & tandem
catholicum antydotum expecta-
mus. Et hæc tādē habemus
dicere de votis mona-
sticis totoq; mona-
chorum insti-
tuto.

DE PO.

ARTICVLVS XXVI.

docent vtramq; propter mādātum Dei religioſe venerādā, & honore afficiēdā eſſe, tanq̄ ſumma Dei beneficia in terris. Accipim⁹ quod ſentiūt poteſtatem clauium, ſeu poteſtatem Episcoporū, iuxta Euangelium, poteſtatē eſſe ſeu mādātum Dei predicādi Euāgelij, remittēdi & retinēdi peccata, & adminiſtrādi Sacramenta. Addunt quæ cōcordiam remorari non poſſunt, ſicut nec debēt. Si quam habēt Episcopi poteſtatē gladij, inq̄t Philip. hanc nō habēt vt Episcopi ex mandato Euangelij, ſed vere humano, donatā à Regibus & Imperatoribus ad adminiſtrationem ciuilem ſuorum honorū. Addunt ruruſum, Episcopos habere poteſtatē cognoſcere doctrinā, & doctrinā ab Euāgelio diſſentiētē reiſcere & impios quorum nota eſt impietas, excludere à cōmunionē Eccleſiæ, ſine vi humana, ſed verbo Dei. Nec excludim⁹ docētes, q̄ liceat Episcopis ſeu Paſtoribus facere ordinationes, vt res ordine gerantur in Eccleſia. Exceptionem quam vbiq; annectunt, iam ſæpius excuſſam meminere. Ruruſum non longè à fine tolerabilia dicunt. Nō petunt Eccleſiæ, inq̄t Philip. vt Episcopi honoris ſui iactura concordiam ſartiant, quod
tamen

ARTICVLVS XXVI.

tamen decebat pios Pastores facere: tantū petunt, vt iniusta onera remittant, quæ noua sunt, & præter consuetudinem Ecclesiæ Catholicæ recepta. Fortassis initio quædam consuetudines habuerunt probabiles causas, quæ tamen superioribus temporibus non congruunt. Hæc ille. Quæ omnia quis non æquo animo suscipiet? Certè mihi talia videntur, qualia si vbiq; & semper sic scripsissent Aduersarij, Ecclesia tantas turbas nunquam vidisset. Nec inepta sunt quæ illi in Apologia in hunc qui sequitur modum dicunt. Cæterum, inquit, sæpè testati sumus, nos politicas ordinationes, & donationes Principum & priuilegia nõ reprehendere, &c. Et continenter traducunt ea quæ pastorum negligentia in Ecclesiam irreperunt, certè non dissimulanda vicia. Quis enim tergiversari possit, multos abusus irrepsisse in Ecclesiã, siue verbi prædicationem, siue Sacramentorum administrationem respicias, siue tam clericorum quàm Laicorum mores consideres. Utinam Pontifices semper vsu fuissent sua potestate in bonum Ecclesiæ nostræ, & iam non esset locus quæstioni, Potestas illa Iuris ne diuinæ sit an humanæ? Quid autè profuerit semper

ARTICVLVS XXVI.

disputare vnde & quantā habeas potestā-
tē, & ne semel respicere q̄ dextre illa vsus
fueris? Dicam cū apologia. Quantū est ma-
li quod in ordinādis sacerdotibus nō deli-
gūt idoneos. Quid in mercatu sacerdotio-
rum? Itē in periculosis dispēsationibus, ni-
hil ne est vitij? Ab equorū stabulis, è culina
rapiūtur ad sacerdotia, qui quid sacerdos
sit, ne per somnium q̄dem cogitarunt, ho-
mines q̄ professione sunt indigni. Hęc illi,
& vere. Nā vt iā olim D. Ambro. cōqueſt^o
est, nescij homines & indocti in ordinatio-
nibus eorū clamāt, & dicunt, Dignus es &
iustus es: & cōscientia misera, indignus es
& iniustus es, & c. Vtinā vel iā tādē nostri
animaduertent quę Theologus ille nazi-
an. alibi, suo tempore non sine lachrymis
cōquæſtus est, de venerādo Antistite Atha-
nasio loquens. Nō accepit, inquit, Thronū
quē admodum ij qui Tyrannidem quandā
aut hæreditatem, præter opinionē sorti-
untur, ac violēter propter satietatem egit.
Hęc enim degenerātium & adulterinorū
sunt sacerdotum, & qui professione sunt
indigni qui nihil ad sacerdotium afferūt,
neq; boni consequēdi grā laborarūt, nihil
lominus tamē & discipulos se & Docto-

ARTICVLVS XXVI.

res pietatis se ostentant, & priusq̄ purgantur purgant: heri sacrilegi, hodie sacerdotes: heri sacrorum expertes, hodie in sacris duces: veteres in malitia, ac tenues in pietate. Hæc ille nō minus nostra quàm sua depingēs tēpora. Eligēdo itaq; sacerdotes, vt facer inq̄t Ambro. sic p̄uidēdū est, ne sit nomen inane, & crimē immane. Ne sit honor sublimis, & vita deformis. Ne sit deifica p̄fessio, & illicita actio. Ne sit religiosus amictus, & irreligiosus prouectus. Ne sit gradus excelsus, & deformis excessus. Hæc ille. verum iam, vt Nazian. ait, nō digniorum, sed potētiorum sunt throni. Vni^o diei sanctos facimus, ac sapiētes esse iubem^{us} eos q̄ nulla p̄diti sapiētia, & q̄ nil ad gradum p̄terquam velle adferūt. Et quēs admodum D. Hiero. scribit: Interdū hoc Pontificum vitio accidit qui non meliores, sed argutiores in Clerum allegunt: & simplices quosq; atq; innocētes, inhabiles putant: vel affnibus & cognatis quasi terrenæ militiæ officia largiuntur, siue diuitum obediūt iussioni. Quodq; his peius est, illis clericatus donāt gratiam, quorum sunt obsequijs deliniti. Hęc igitur cum ita sint, dignū est vt & Episcopi nostri tādē in

ARTICVLVS XXVI.

finū inspiciant, & quæ in ædibus suis praua vel recta gerantur considerent: nec solum cōsiderent, sed etiam emendent. Corporis siquidem sanitas, nō tantum sita est in membris vilioribus, quātum in capite. Nec mihi hæc eò dicta sunt, quasi hæten⁹ omnia iuxta exigentiam Ecclesiæ ab Aduersarijs ordinata sint. Ordinarent enim aut potius subornarent aliquos, quos melius fuisset Ecclesiam nunquam ingressos fuisse. Exempla notiora sunt, quàm vt necessarium sit multis recensere. Negligentiam nostrorum sic sacerunt, vt non iniuria quis Tertuliani verba de Aduersarijs dicere possit. Oēs, inq̄t, sciētia pollicētur. Antè sunt p̄fectè Cathechumeni, q̄ edocti. Ipsæ mulieres hereticæ q̄ p̄caces, q̄ audeant docere, cōtēdere, exorcismos agere, curatōnes repromittere, forsitan & tingere. Ordinationes eorum temerariæ, leues, incōstantes. Tunc neophytos conlocant, nunc seculo obstrictos, nūc Apostatas nostros, gloriæ eos obligent, quia veritate non possunt. Nusq̄ facilius proficiūt, quā in Castris rebellium: vbi ipsum esse illis, promerere est. Itaq; ali⁹ hodie episcop⁹, cras ali⁹ hodie fidei Diacon⁹, q̄ cras lector; hodie presbyter,

ARTICVLVS XXVI.

byter, qui cras laicus. Nam & laicis sacer-
dotalia munera iniungunt, &c. Haftenus il-
le: tū vide in quos meritò torq̄ri possunt.
Breuiter, Aduersarij nostri, siue velint, siue
nolint, cōfiteātur necesse est, se sua pote-
state (si modo aliquam aliquo iure habēt)
non esse vsos, quemadmodum factum o-
portuit. Orent itaq; à Deo cōmissorū veni-
am, & benignum speramus, experiantur
iudicē. Iā porrò qm̄ ad finē hui⁹ operis dei
gratia puenimus, precamur ex animo piū
lectorem, accedat, legat, & iudicet animo
pacis & Christianæ cōcordiæ studioso. Et
si inuenerit me verū veræ fidei scopū atti-
gisse, agat mecum Deo omnium bonorum
largitori gratias quas potest maximas: si
minus, auctori mihi, à Deo mihi precetur
veniā, vt q̄ Ecclesiæ commodis (cui & hæc
omnia subiecta sunt) haftenus semp pro
virili studuerit. Humanum est labi: admo-
nitus ergo erroris, gratias agam. Quod
potui, hoc feci: & quod à liberalis. dño ace-
cepi, in huius sponsæ gratiam sponte ex-
posui. Piscatoriè diximus, vt Nazian. ver-
bis vtar, non Aristoteliè: attamen nō ma-
leficè, sed Ecclesiasticè. Si qd amarulētius
in quenquam dictū est, si quid minus mo-
destè

ARTICVLVS XXVI.

deſtè veniam dent affectibus quos quod
uis tempore obligare non eſt omnibus da
tum. Eccleſiæ concordiam quærimus, Ec
cleſiam amamus, Eccleſiæ nos totos de
dimus: Eccleſiam nobis ſemper florè.

tem & Spiritu ſancto fæcundâ con

ſeruet ipſius perpetuus ſpon


ſus Chriſtus Ieſus, cui


laus & gloria in


omnia


ſECVLA.

CO
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...









60

Th

6003